LV. * Ad Caesarem de magnitudine (magnitudinem *T*) leonis *TX*. 1. Auditum *vel, teste Heinsio,* Auditor, *T* quantus *s* Massilla *XAaφ*: Maxilla *b*: Massylam *P* 2. ruit furit *o:* fuit *z* 3. Pallidos *O* attonitus *XCGaelpsw et pr.B* Poena *Gruterus:* Pena 𝔓*o*: plena *reliqui.* mappalia *A* 4. Cum] Tunc *abchpw* 6. Quis noves segregem *T* credere cunus *pr.B*: crederet et unus *b* 8. Cui deademaret *T* dare *XAbswφ et pr.B, corr.h*: darent 𝔄 *et var. lect. B* marmor *T:* marmora *XG*𝔄 Nomas *TPzφλμκα et corr.ah:* romas *b*: comas *BGo*𝔄𝔉𝔅 *et pr.h:* comes *XA*: coma *Clsw et pr.a*

O quantum per colla decus, quem sparsit honorem
Aurea lunatae, cum stetit, umbra iubae!
Grandia quam decuit latum venabula pectus
Quantaque de magna gaudia morte tulit!
Unde tuis, Libye, tam felix gloria silvis?
A Cybeles numquid venerat ille iugo?
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro
Hanc tibi vel frater, vel pater ipse feram?

## LVI.

Temporibus nostris aetas cum cedat avorum
Creverit et maior cum duce Roma suo,
Ingenium sacri miraris deesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sunt Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miserae vicina Cremonae
Flebat et abductas Tityrus aeger oves.
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit et celeri iussit abire fuga.
„Accipe divitias et vatum maximus esto;
Tu licet et nostrum" dixit „Alexin ames."

---

LV, 10. unda iubae! 14. iugis? LVI, 3. abesse 5. Sint,

---

9. quem] cui *c* sparsit *TOzφ𝔓*: spargit *reliqui.* 10. unda *pra et corr.a*: unde *z*: umbra *cum reliquis* 𝔄𝔓. uvae *P* [13—16. *om. T.*] 14. Cybelis *bswzφ* nunquam *G* venerit illa *z* iugo *XABCG𝔄𝔛*: iugis *reliqui.* 15. austro *pr.s* 16. Hunc *X et pr.BC*: Hunc—ferum *Heinsius.*

LVI. * De temporibus Caesaris *TX.* 1. nostris aetas concedat (concedet *l*) *abclsw*: nostris acaedat *T* 2. sua *T* 3. deesse *TXCObmszφ𝔓* (? abesse *P*) *et margo c*, *corr.a*: idesse *AB*: abesse *reliqui.* 4. Nequiquam *T*: Nec quanquam *φ* tonare *Heinsius in Claudian. Prob. et Olybr.* 208. 5. Sunt *Ts et pr.B*: Sint *reliqui.* Maecenatis *P*: Metenas *T* derunt *X* Maronis *P* 6. Vergiliumque *XA*: Vigiliumque *T* sua *Heinsius.* 7. per dederat *A*: dederat *P* miserate *XA et pr.B* nimium *l* Chemonae *pr.B* 8. Tytires *T* ager *TXAB*: egit *bls et pr.w* 9. Tuschus *G*: Thuscus *φ* 10. Reppullit *φ* 11. set vatum *AC*: sed vatum *XB𝔄* maximos *pr.T* 12. monstrum *T*

Astabat domini mensis pulcherrimus ille
Marmorea fundens nigra Falerna manu,
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quae poterant ipsum sollicitare Iovem.
Excidit attonito pinguis Galatea poetae
Thestylis et rubras messibus usta genas:
Protinus ITALIAM concepit et ARMA VIRUMQUE,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ego Virgilius, si munera Maecenatis
Des mihi? Virgilius non ero, Marsus ero.

## LVII.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes,
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum;
Collegitque sinu fragmenta novissima laxi
Oris et aggesta contumulavit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat heres.
Hoc sibi iam Picens praestitit officium.

---

21. Varos 23. Ergo ero

---

13. Abstabat 𝔓 14. Phalerna *O* 15. Et libita dabat *p*: Et libabat roseis *X*: Libans Albani roseis *C* rosebis *T* carthesia *Xb*: charchesia *T*: cartasia, *corr.* carthasia, *B* 17. Accedit *T* galeata, *corr.* galatia, *P* 18. et tubas *μκ* messimus *T* usta genas] lagenas *pr.P* 19. Italia *T* coepit *X* 20. Quo modo vix vix *A* fluxerat *T*: luxerat *Heinsius.* 21. Varios *ACμκα*: Varros *Pl*: Varos *reliqui. Vide Weichertum in Reliqq. Poett. Latt. p.* 259., *de L. Vario p.* 29. loquor *C*: locor *T* ditataque *POα*: dicataque *T*: dictaque *l*: dictataque *cum reliquis* 𝔄*m.* vatum] patrum *c* 22. magus *A* memorare *z* 23. Ergo ego *TO*: Ergo ero *reliqui.* Vergilius *A* 24. Das *Heinsius.* Marcus *l et Gryphianae.*

LVII. De Picente *X.* 1. haubuit *φ* quod *X et pr.B* expulit *Pbsw*𝔅 2. At *A* cum *l* 3. sinum *XA*: sinus *P* lassi *B*: fracti *μκα*: laxi *reliqui cum λ*𝔄𝔓*m.* 4. homo *P* 5. legat *om. P* 6. piceus *corr.P*

## LVIII.

Cum tibi tam crassae sint, Artemidore, lacernae,
Possim te Sagarim iure vocare meo.

## LIX.

Aspicis hunc uno contentum lumine, cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet?
Ne contemne caput, nihil est furacius illo;
Non fuit Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu convivam cautus servare memento:
Tunc furit atque oculo luscus utroque videt.
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit
Et tectus laenis saepe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit et soleas surripit ipse suas.

## LX.

Summa Palatini poteras aequare Colossi,
Si fieres brevior, Claudia, sesquipedem.

---

LVIII, 2. meum. LIX, 11. lacernā

---

LVIII. Ad Artemidorum *X*. 1. latrinae *φ* 2. Possum *POabchzφμκα* Sagarum *Ghls*: Sagarim *reliqui cum* 𝔓*m*. meum *COabchlswzφμκα* 𝔅 *et* „*MSS. plerique et editio princeps*" *Scriverii.*

LIX. * De fure lusco *TX*. 1. contemptum *X* 2. lucana *pr.B* sedet *tertius Gruteri.* 3. Nec *ABG* contempne *T* feracius *pr.B* 4. [*affert D*] Nec fuit *s*: Confuit aut olici *P* piperata *TXABG*𝔓 „*optimus codex Germanicus et alter Douzae membranaceus*" *Scriverii et Pontani* „*Danicus alter Christiani Friis*:" pireata *s*: peracuta *vel* praeacuta *Heinsius in Sil. Ital. XIII*, 847.: piceata *reliqui cum D*𝔇. 5. vitare *Oaswμκα*: servare *cum reliquis* 𝔄𝔓. 6. Tum *zφ* furat *l* atque] et *h* 8. A latet *T* trepido *T* 9. Lassa *l* nec accubito *XBbs et corr.A* 10. tectis *A* lanis *l* [11—14. *erasi in A.*] 11. lucernam *XG et pr.B* 12. ardeat ille *p*: ardeat ipsa *z*: ardea villa *pr.B*: ardea ille *X* 14. Circumit *XB* subripuit *X* ipsa *C*: ille *G*

LX. Ad Claudiam longam *X*. 2. sesquipede *XABCclszφ*: sexquipedem *Ph*: sexquipede *reliqui.*

## LXI.

Livet Charinus, rumpitur, furit, plorat
Et quaerit altos, unde pendeat, ramos:
Non iam quod orbe cantor et legor toto,
Nec umbilicis quod decorus et cedro
Spargor per omnes Roma quas tenet gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus aestivum
Vehimurque mulis non, ut ante, conductis.
Quid imprecabor, o Severe, liventi?
Hoc opto: mulas habeat et suburbanum.

## LXII.

Scribit in aversa Picens epigrammata charta,
Et dolet, averso quod facit illa deo.

## LXIII.

Thestylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin,
Forsitan et nostrum nunc Hyacinthon amat.
I nunc et dubita, vates an diligat ipsos,
Delicias vatum cum meus Aulus amet.

## LXIV.

Ut poscas, Clyte, munus exigasque,
Uno nasceris octies in anno

---

LXIII, 2. sic Hyacinthon

---

LXI. De Charino *X.* 4. umbilicus *ABCbl et pr.G:* verbilicus *corr.G* 5. per *om. P* quas Roma *G* Roma et tenegantes *B* 6. habeamus *s* 8. imprecamur *P:* imprecemur 𝔅 libenti *XB* liventi Carino *bh:* Carino (*om.* liventi) 𝔉𝔅 9. octo mulas ut habeat *l*: opto multas ut habeat 𝔉 mulos *G*

LXII. De Picente *X.* 1. adversa *CGachlmsz* 2. adverso *Gabchlmpswλ*

LXIII. Ad Aulum *X.* 1. Cestilon *G:* Thestylin *Heinsius.* ardeat *A* Alexim *XAGbhsμϰ* 2. nunc] sic *CGμϰα*: nunc *cum reliquis P𝔄m. Post* forsitan *inserit b* ut poscas. cyacynton *X*: zacinton *μϰ* 3. In hunc *X et pr.B* dubitas *XAB* vatesne *O* (*om.* an) diligit *l* 4. amet] habet *l*

LXIV. * Ad Clitum *TX.* 1. poscat *T* minus *T* [2. 3. *om. B.*] 2. octiens *TA*: otiens *X*

Et solas, puto, tresve quattuorve
Non natalicias habes Kalendas.
Sit vultus tibi laevior licebit
Tritis litoris aridi lapillis;
Sit moro coma nigrior caduco;
Vincas mollitia tremente plumas,
Aut massam modo lactis alligati;
Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella servat;
Tu nobis, Clyte, iam senex videris.
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamive Nestorisve?
Sit tandem pudor et modus rapinis.
Quod si ludis adhuc semelque nasci
Uno iam tibi non sat est in anno,
Natum te, Clyte, nec semel putabo.

## LXV.

Hic ubi Fortunae Reducis fulgentia late
    Templa nitent, felix area nuper erat;
Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli
    Purpureum fundens Caesar ab ore iubar;
Hic lauru redimita comas et candida cultu

---

**LXIV, 8. mollitie     LXV, 5. lauro**

---

3. terve quaterve *o:* tresve quattuorque *T*   4. habet *X*: haberi *T*   calendas *AG*: cales das *T*   5. lenior *Olμxa*   6. Triti *l*: Tristi *XAG et pr.B*: Trtas (*sic*) *T*   litoris *om. C*: „*vel* litore" *B*   aridis *Tc:* aride *XAG et pr.B:* arido *corr.B*   lappillis *T*   7. [*om. T.*] Sic *pr.B*   caduca *ozφ*   8. mollicia *TXABC*: mollia *P*: mollitie *reliqui.*   trementes *POsw*   9. allegati *Pb et pr.h*: elegati *l*: aggelati *Heinsius.*   [10. 11. *om. T.*]   10. rumor *s*   papyllas *P*   11. Qualis *XBGP:* Quali *Roii vossianus:* Quas *s*   servet *φ*: servit *pr.G*   12. Tunc *pr.G*   iam] tamen *pr.G*: dum *XABCφ et corr.G*   senes *T*   14. Natalem *b*: Nobiles *s et pr.w:* Nobilis *corr.w*   18. nec] iam 𝔉𝔅 *et pr.h*

LXV. Ad Caesarem *X.*   1. Sic *C*   latae *AO*   2. patent *hlp*   3. formonsus *A*: famosus 𝔅   4. Purpuerum *A*   orbe c𝔉   5. lauru *XAG*: lauro *reliqui.*   sed candida *pr.G*   culto *A et pr.G:* vultu *Cbchlswzμx*: cultu *eum reliquis* 𝔄𝔓.

Roma salutavit voce manuque deum.
Grande loci meritum testantur et altera dona:
Stat sacer et domitis gentibus arcus ovat.
Hic gemini currus numerant elephanta frequentem,
Sufficit immensis aureus ipse iugis.
Haec est digna tuis, Germanice, porta triumphis;
Hos aditus urbem Martis habere decet.

## LXVI.

Augusto pia tura victimasque
Pro vestro date Silio, Camenae.
Bis senos iubet en redire fasces,
Nato consule, nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Rerum prima salus et una Caesar,
Gaudenti superest adhuc quod optat,
Felix purpura tertiusque consul.
Pompeio dederit licet senatus
Et Caesar genero sacros honores,
Quorum pacificus ter ampliavit
Ianus nomina: Silius frequentes
Mavult sic numerare consulatus.

## LXVII.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat, et tu

---

6. ducem. LXVI, 2. nostro 7. optet:

---

6. deum *corr.B:* deum ducem *G*: ducum *XAB:* ducem *reliqui.* 8. edomitis *μκα*: et domitis *cum reliquis P𝔄𝔅m.* ovat *XABCGφ𝔄 et corr.b:* ovans *reliqui.* 9. numerat *b:* geminant *s* frequenter *GPhφμκα:* frequentes *bs:* frequentis *w* 10. Sufficis *corr.h* 12. additus *φ* Mardis *X*

LXVI. De Silio *X.* [*Om. G.*] 1. pie tura *XC et corr.B*: pictura *P et pr.B*: pio tura *Alw* victimatque *pr.A*: victimaque *X et corr.A:* victimamque *B* 2. vestro *XABCbchlmφ𝔅𝔓*: nostro *reliqui.* soleo *w* 3. hem *z* fasses *pr.B*: faces *μ* 4. novilique *A* 5. Castalia *XA et pr.B*: Castalii *𝔄 et corr.B* 6. salusque et *b* 7. optat *XABC*: optet *reliqui.* 9. deerit *pr.B* 10. sacer *φ* 11. Querum *O* pacifices *pr.A* 12. Sylius *O*: silvis *bhμκ:* Siliusque *X*

LXVII. Ad Caelianum *X.* 1. nundum *s:* numdum *X*: dum *c* tibi *om. l* et tum *μκα*

Iam convivia mihi, Caeciliane, venis,
Cum modo distulerint raucae vadimonia quartae
Et Floralicias lasset harena feras.
Curre, age, et illotos revoca, Calliste, ministros;
Sternantur lecti: Caeciliane, sede.
Caldam poscis aquam; nondum mihi frigida venit;
Alget adhuc nudo clusa culina foco.
Mane veni potius; nam cur te quinta moretur?
Ut iantes, sero, Caeciliane, venis.

## LXVIII.

Qui Corcyraei vidit pomaria regis,
Rus, Entelle, tuae praeferet ille domus.
Invida purpureos urat ne bruma racemos
Et gelidum Bacchi munera frigus edat,
Condita perspicua vivit vindemia gemma
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.
Femineum lucet sic per bombycina corpus,
Calculus in nitida sic numeratur aqua.

---

LXVII, 10. Ut ientes    LXVIII, 2. praeferat

---

2. Et iam *P* convivia *B* velis *X* 3. Cum vero *bl* distulerit *φ* raucae] paucae *h*𝔅: rancae *pr.B*: parce *bcls*𝔓: caecae *z* chartae *vel* cartae *Oalmwφμxa et var. lect. B*: cerae *λ et margo c*: quartae *reliqui cum P et* „*optimo codice et editione principe*" *Scriverii.* 4. laxet *b*𝔅 5. inlotos *XABGPb* revocuta *s* Calistre *bw*: Callisto *l*: Callixte *P* 6. Sternuntur *bcs* leti *s* 7. Calidam *P* nondum mihi *XABCG*𝔄𝔅𝔓: sed nondum mihi *l*: sed nondum (nundum *s*) *reliqui.* 8. viduo *Heinsius.* clusa *XABP*: cluso *G*: clausa *reliqui.* 9. potius nona cur te *XB*: potius nam cum te „*membranae*" *Scriverii.* 10. Ut iantes (*vel* ientes) sero *Iosias Mercerus et Scriverius*: Ut iantesero *B*: Uti antesero *XA*: Ut iam te sero *G*: Ut ante sero 𝔓 *et Scriverii* „*membranae*": Vel potius sero *eiusdem Scriverii* „*membranae*": Aut cur non sero *reliqui.*

LXVIII. Ad Entellum *X*. [*In P praecedit LXIX.*] 1. Quis *XABCGablszλφμx et corr.h*: Quisquis *Oc*𝔉𝔅 *et pr.h*: Qui *P cum reliquis.* Corcyraei] ura rei *b* pomeria *G*: poma *X* 2. Antelle *G*: En ellae *μx* praeferet *XABGbchmpw*: praeferat *reliqui.* 3. purpureas *pr.P* 4. gelidu *O* 5. Condita perspicuam vidit vindemia gemmam *P* vidit *X et pr.B* 6. una *O* 7. licet *pr.B*: luceat *h* sic per] super *ACpw et pr.Bc*: supra *Ols*𝔉𝔅 *et pr.a*: subter *G*: super haec *corr.B*: supra est *bm* bonbycina *φ* 8. Calcalus *G* liquida *s*

Quid non ingenio voluit natura licere?
Auctumnum sterilis ferre iubetur hiems.

## LXIX.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poetas.
Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
Non est, ut placeam tibi, perire.

## LXX.

Quanta quies placidi, tanta est facundia Nervae,
Sed cohibet vires ingeniumque pudor.
Cum siccare sacram largo Permessida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim,
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famae nec dare vela suae.
Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

## LXXI.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumae
Misisti ante annos, Postumiane, decem.

---

9. [*Affert D.*] fortuna *x* 10. fere *B* hiemps *AGP*: hyems *B*

LXIX. * Ad Vaceram *T*: Ad Bacherram *X*. 1. 3. Vacera *Tb*: Bacherra *B* solus *P* 2. laudes *O* 3. penitus *l*: poscimus *sw* 4. es *Ph*

LXX. De Nerva *X*. 1. placide *s* tanta si facundia *XA*: quanta est facundia *h*: si tanta facundia *G*: si (*corr.* sit) tanta facundia *B*: quanta placidi est facundia *l*: est empta facundia *c*; empta est facundia *b* vernae *pr.P* 3. siceare *b*: sotiare *sw*: saciare *XABCGO et pr.a* sacram 𝔄𝔓: sacra *XABCGl*: saccum *φ*: sacrum *reliqui*. large *h* Permesida *P*: Permesside *Cw* possent *XABG*: possit *s* Cum satiare sacra large Permesside posset Ora *Heinsius*. 4. verecunda *XAG*: verecundo *BC* malluit *P* 5. tenuis *P* frondem *AG et pr.B* redimite *h*: redimita *XABCG* 6. Contentius *A*: Contenta est *abchlpsw*𝔅 vella *O* 7. libellum *l et pr.G* 8. docti nota *Pwzφμxa et corr.a*: nostri docta *Om*𝔄: docti nostra *reliqui cum* 𝔅.

LXXI. * Ad Postumianum *TX*. 1. tibi *s* 2. Postimiane *s*

Speranti plures — nam stare aut crescere debent
Munera — venerunt plusve minusve duae.
Tertius et quartus multo inferiora tulerunt.
Libra fuit quinto Septiciana quidem.
Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno;
Post hunc in cotula rasa selibra data est.
Octavus ligulam misit sextante minorem;
Nonus acu levius vix cochleare tulit.
Quod mittat nobis, decimus iam non habet annus:
Quattuor ad libras, Postumiane, redi.

## LXXII.

Nondum murice cultus asperoque
Morsu pumicis aridi politus
Arcanum properas sequi, libelle,
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti Narbo Paterna Votieni,
Ad leges iubet annuosque fasces;
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille et hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus!

---

LXXI, 6. quid est? 8. rosa LXXII, 3. Artanum

---

3. iam *C* 4. nimusve *T* 5. multa *X* 6. quiuta *G* quidem ] decem *c*: mihi *Heinsius*: quid est? *Scriverius*. 7. Besalem *PTb et pr.a*: Baesalem *XA*: Besalen *G* scatulam *bw* iam venimus *hl* 8. cotyla *Pφ*: cotila *h et pr.a*: cocila *bsw*: cochila *corr.a*: „*vel* scutula“ *B*: cotychila *z* lrasa (*sic*) *T* celibra *φ* 9. Octabus *T* linguam *A et pr.G* 10. acu levius vix *T*𝔓 *et margo Iunii*: aculeius vix 𝔄: aculeo lesui *A*: aculeo lesni *pr.G*: aculeolae seu *XC et corr.G*: aculeole si, *corr.* sed, *B*: permodicum vix *margo* 𝔄: aculeolos in *reliqui*. 11. Quid *T* decumus *XA*

LXXII. Ad librum suum *X*. [*Om. G.*] 1. murice ] nerite *l* asperosque *μκ* 2. Morsus pumici *s*: Morsu pumix *b* arido *zφ* 3. Arcanum *Abhφλ*𝔄: Archanum *XBampsw*𝔉𝔓𝔅: Artanum *reliqui*. 4. ridire *w*: ridere *bchl*𝔅 5. docti patria Narbo *μκα*: docti Narbo paterna (nardo paterna *s*: partenna *aw*) *reliqui cum* 𝔓*m et* „*editione principe*“ *Scriverii*. voti enim *XA*: cui voti *pr.h*: aevi voti *l*: voti *Cb* 6. Alleges *b* 7. Votisque tibi *Obhpw* parendum est *c* 8. et hinc *XABClμ*: hinc et hinc 𝔄

## LXXIII.

Instanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec nivea simplicitate prior,
Si dare vis nostrae vires animosque Thaliae
Et victura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti;
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.
Non me Peligni nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

## LXXIV.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.
Fecisti medicus quod facis hoplomachus.

## LXXV

Dum repetit sera conductos nocte penates
Lingonus a Tecta Flaminiaque recens,

---

LXXIII. De Chorinna *X*: Ad Sanctonium 𝔄. [*Om.* 1—4. *l.*] 1. Instanti quo nec *OPacwzφμκα et margo h:* Instat quo nec *s*: Stant quo nec *XABG:* Stantoni quo nec *C*: Statori quo nec 𝔅: Sanctoni quo nec 𝔄: Stat Corinna quo nec *bhp* alter sincerior *s* 2. nec vinea *X:* nec nucta *b:* nec vera *hp*𝔅 3. animumque *P*: animaeque *pr.B* 4. petis] putas *Obmsw* carmina at adamem *B*: carmina quod amem *XA*: carmina fac quod amem *G* [*Post v. 4. in XABCG, Bononiensi et s sequitur novum Epigramma* „Ad Catullum": *in h sequitur Epigramma LXXIV., post hoc versus 5 sqq.* „Delitie vatum" *inscripti.*] 5. lasciva *l*𝔅𝔓 *et Heinsio teste G* Propertim *XA*: Propertem *pr.B* 6. Galli] lavi *B*: Gallo *Burmannus in Propert. II*, 1, 4. habet *l* 7. messis *B* formensa *A* 8. Lesvia *AG* dictavit] vita fuit *Heinsius*. 9. Nec me *m* Peligni 𝔓*XABCGhpz et corr.c*: Pelignus *reliqui.* spernit *P*: spernat *hp*𝔅: spernent *Heinsius.* 10. Chorinna *XAB*: Corina *Oφ* si qua Alexis *s* erat *X*𝔅

LXXIV. Ad medicum *X*. 1. ophthalmacus *G*: ophthomicus *l*: othonicus *a*: optomicus *abswφ*𝔉𝔅 *et pr.h* ante] erat ante *X*; olim *bswφ*𝔉𝔅 2. quod facit *B*: quid facit *X*; quod fecit *c* oplomachus *P*: oplomacus *XAGh*: quod opthonicus *l*: optalmicus *x*; othonicus *c*: optomicus *abwφ*: optonicus *s*

LXXV. Ad Lucanum *X*. 1. Cum *l* conductus *A et pr.G* 2. a recta *μκα*: arrecta *c*: a tecta *reliqui cum* 𝔓 *et* „*optimo*" *Scriverii.* Flamineaque *acsz*

Expulit offenso vitiatum pollice talum
Et iacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret?
Ingenti domino servulus unus erat,
Tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam:
Succurrit misero casus opemque tulit.
Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes invalidus summissa voce precatur,
Ut quocunque velint, corpus inane ferant.
Permutatur onus stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur,
Cui merito dici „mortue Galle" potest.

## LXXVI.

„Dic verum mihi, Marce, dic amabo;
Nil est, quod magis audiam libenter."
Sic et cum recitas tuos libellos,
Et causam quotiens agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid sit, audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

---

**LXXV, 11.** submissa

---

3. Extudit *Heinsius.* offensum *Cswzφ*, *pr.a*, *corr.B* vitiato *XACGwzφ et pr.Ba:* luxatum *Heinsius.* polluce *X* 4. Et latuit *l* fuscns *XAG et pr.B* 6. servulus] fervidus *l* 7. ut] et *sμ* nimiam *O* possit *μx* lacernam *Ca*: laternam *margo Gryphii:* lucernam *cum reliquis* C. Fl. P. B. *et Scriverii „editio princeps."* 8. causus *A* 9. inscripsi *l*: „*vel* inscriptis" *B* 10. qualia] qua via *hl* rogos *bhl* [*Post hunc versum in P spatium.*] 11. summissa *XAhφ*: submissa *reliqui.* precamur *pr.A* 12. Et *G* 13. Permittatur *bh* opus *XABCGObchlpswφ*𝔄 *et pr.a* stipateque *X* altae *XA* 15. Lucarne *P* videtur] uster *b* 16. Qui *XABCG*: Quot *l* potes *Pzφ*

LXXVI. Ad Marcum Gallicum *X.* 1. Dic] Quid *XABCGO bcwzφ et pr.a*: Dic *cum reliquis Pλ.* Marce] tanti *l* 2. Nibil *ABGOb* 3. Siccetum *A*: Sic tecum *pr.G* tuos] meos *φ* 4. causa *bh*: causas *aφ* ages *XACGφ* 6. Dum est *P* 7. quod sit *corr.a*

## LXXVII.

Liber, amicorum dulcissima cura tuorum,
Liber, in aeterna vivere digne rosa,
Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat et cingant florea serta caput;
Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno
Et caleat blando mollis amore torus.
Qui sic vel medio finitus vixit in aevo,
Longior huic facta est, quam data vita fuit.

## LVXXIII.

Quos cuperet Phlegraea suos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa, Lyaee, tuos,
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi,
O pudor! o pietas! et putat esse parum.
Non illi satis est turbato sordidus auro
Hermus et Hesperio qui sonat orbe Tagus.
Omnis habet sua dona dies; nec linea dives
Cessat, et in populum multa rapina cadit.
Tunc veniunt subitis lasciva nomismata nimbis,
Nunc dat spectatas tessera larga feras;
Nunc implere sinus securos gaudet et absens
Sortitur dominos, ne laceretur, avis.

---

LXXVIII, 9. Nunc numismata

---

LXXVII. Ad librum suum *X*. 2. et in verna *Heinsius*. 3. Assyrico *C* crines *XA* 4. Splendeant *b*: Floreat *z et corr.a* cingat *XBc*: gingat *A*: cigant *C* flarea *A* capud *G*: comae 𝔅 6. mollis] moris *μx* 7. vel] in *G* 8. Largior 𝔅 hic *B* viva *AB*

LXXVIII. Ad Caesarem *X*. 1. Flegrea *O* viatoria *AG et pr.B*: viatori *X* 2. Indicia *X* cupere *P* pompa lyaetuos *A*: pompalie tuos *X*: Pompiliane tuos *Cabchlpswzφ*𝔅 3. Stilla *XABGφ* 4. et pietas *CP* 5. Nec *B* 6. Hispano *φ* urbe pagus *XAB* 7. habet *om. C* 8. in patulum *margo Gryphii*. [*Post v. 8. in s novus titulus* ,,Ad Caesarem.“] 9. Tunc *XABCGb*: Huc *l*: Nunc *reliqui*. subiti—nimbi (nimbis *XA*) *XAB et ,,veterrimus Vaticanus“ Heinsii in Claudiani Prob. et Olybr.* 45. nómismata *XABCP*: munismata *O*: numismata *reliqui*. 10. Non dat *b*: Nunc dant *μx* spectandas *Heinsius*. tessara *Oφ* lata *h* 11. implet *l* securas *O*: securus *CPabhlpsw et pr.G*: lascivos *φ* 12. domino *l* ne laceratur *c*: nec laceratur *Oα*: ne laceretur *cum reliquis* 𝔄𝔓*m*. civis *pr.B*

Quid numerem currus ter denaque praemia palmae,
Quae dare non semper consul uterque solet?
Omnia sed, Caesar, tanto superantur honore,
Quod spectatorem te tua laurus habet.

## LXXIX.

Omnes aut vetulas habes amicas,
Aut turpes vetulisque foediores.
Has ducis comites trahisque tecum
Per convivia, porticus, theatra.
Sic formosa, Fabulla, sic puella es.

## LXXX.

Sanctorum nobis miracula reddis avorum,
Nec pateris, Caesar, saecula cana mori,
Cum veteres Latiae ritus renovantur harenae
Et pugna et virtus simpliciore manu.
Sic priscis servatus honos te praeside templis,
Et casa tam culto sub Iove numen habet.
Sic nova dum condis, revocas, Auguste, priora.
Debentur quae sunt quaeque fuere tibi.

## LXXXI.

Non per mystica sacra Dindymenes,

---

**LXXX, 4. Et pugnet 5. servatur 6. nomen**

---

13. Quid numeretur *P* ter denaque] aeternaque *Obchlm pswφ𝔉𝔅*: hesternaque *Roius.* 14. consul] currus *pr.h* 15. set *A*: si *bs* ,, *al.* numerantur" *G* honores *XABbclw* 16. spectature *l* te *om.* X habet] amet *XABGabchlmsw𝔄𝔉*: ,, *vel* amat" *B*

LXXIX. Ad Fabullum *X*. [*Om. G.*] 1. aut] tua *P* habet *pr.B* 2. turpis *P*: tropes *pr.h* foedior es *P𝔉* 3. duces *AC* 5. formonsa *A*

LXXX. Ad Caesarem *X*. 2. poteris *XA*: poterunt *pr.G* 3. veteris *corr.G* renoventur *φ* 4. pugna et *XAG*: pugnae *l*: pugnet *reliqui cum* (*P*) *Gruterianis*: Ut pugnet *Gruterus.* 5. servatus *XABCG*: servatur *reliqui.* honos te] honestae *X*: honor te *P* 6. casatum *φ* nomen *OPbpwzφ𝔅* 7. condis] credis *P* renovas *hλ𝔅 et Gryphianae.*

LXXXI. De Gallia ad Papiriannm *X*. 1. Dindimenos *asw*: Dyndimenes *P*

Nec per Niliacae bovem iuvencae,
Nullos denique per deos deasque
Iurat Gellia, sed per uniones.
Hos amplectitur et perosculatur,
Hos fratres vocat, hos vocat sorores,
Hos natis amat acrius duabus.
His si quo careat misella casu,
Victuram neget esse se nec horam.
Eheu, quam bene nunc, Papiriane,
Annaei faceret manus Sereni!

## LXXXII.

Dante tibi turba querulos, Auguste, libellos,
Nos quoque, quod domino carmina parva damus,
Posse deum rebus pariter Musisque vacare
Scimus, et haec etiam serta placere tibi.
Fer vates, Auguste, tuos: nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior deliciaeque sumus.
Non quercus te sola decet, nec laurea Phoebi:
Fiat et ex hedera civica nostra tibi.

---

LXXXI, 5. hos perosculatur, 7. duobus. 9. negat LXXXII, 8. edera

---

2. Iovem *c*: vovens *Heinsius in Sil. Ital.* X, 437. inventae *b* 4. Gallia *XABCGasw* per iunones *pr.h* 5. hosque osculatur *c*: hos deosculatur *Oμκα*: hos perosculatur *cum reliquis* 𝔓. 6. et] hos 𝔓 7. duabus *XAG*: duobus *reliqui.* 8. Hos *b* qua *l* 9. neget *XACGφ*: negat *reliqui.* se *om. b* ne horam *G*: nec hora *P*: vel horam *superscr. in c* 10. Cheu *A*: Heu *Obchlswzφμκα et pr.a*: Eia *corr.a*: Huc o *Heinsius.* Papyriane *φ*: Papia iane *P* 11. Amei *b*: amici *l* facerent *c*

LXXXII. Ad Caesarem *X*. 1. Tante *G* 2. quid *P*: qui *Iunianae*: pro *klp*𝔉𝔚: vel *aw*: quod *reliqui cum Gruterianis* (*praeter P.*) pauca *l* 3. vocare *μ et pr.P* 5. ducis *XABG*: ducit *p* 7. nec] sed *corr.B* 8. Fiat sed *pr.h*: Iam fit *vel* En litat *Heinsius.*

## M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER IX.

Note, licet nolis, sublimi pectore vates,
    Cui referet serus praemia digna cinis,
Hoc tibi sub nostra breve carmen imagine vivat,
    Quam non obscuris iungis, Avite, viris:
*Ille ego sum nulli nugarum laude secundus,*
    *Quem non miraris, sed puto, lector, amas.*
*Maiores maiora sonent: mihi parva locuto*
    *Sufficit in vestras saepe redire manus.*

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.** — 1. licet non vis,

---

**Apparatus criticus.** — *Collati sunt iidem libri qui libro VIII., nisi quod in B Epigrammata IV — L,* 3. *interciderunt.*

Ad Aultum *X.* 1. Note licet nolis *Scriverii codex Florentinus*: Non te licet nobis 𝔉l.: Nocte (Note *P*) licet nobis 𝔓 *et* „*optimus liber alius*" *Scriverii*: Note licebis *ABG et* „*unus codex non admodum vetus*" *Scriverii*: Notae lucebis *X:* Non te celibis *φ:* Non te celabis *COabchlmpswzλμχα*: Late lucebis 𝔛 2. [Refert — cinis *apponit D.*] refert *Ppμχ:* referat *acwz* servus *O* 3. Haec *w* tibi] et 𝔅: *om. bhs* vivet *cz*: iuvet *φ*: imagine vivat *om. P* 4. Quem *var. lect. o* obscurus *XAB* iunctus *CG*: unctus *XA:* auctus *B* 5. laude] fraude *h* 7. sonant *Glw et margo a:* solent *ab*: iuvent *sive* canent *margo Iuntinae Lemairii.* 8. in nostras *XB* saepe] posse *C*𝔇 venire *asw*

Ave, mi Torani, frater carissime. Epigramma, quod extra ordinem paginarum est, ad Stertinium clarissimum virum scripsimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca sua voluit. De quo scribendum tibi putavi, ne ignorares, Avitus iste quis vocaretur. Vale et para hospitium.

## I.

Dum Ianus hiemes, Domitianus auctumnos,
Augustus annis commodabit aestates;
Dum grande famuli nomen asseret Rheni
Germanicarum magna lux Kalendarum;
Tarpeia summi saxa dum patris stabunt,
Dum voce supplex dumque ture placabit
Matrona divae dulce Iuliae numen:
Manebit altum Flaviae decus gentis
Cum sole et astris cumque luce Romana.
Invicta quidquid condidit manus, caeli est.

---

Martialis Turanio Suo S. *et in Epistola lin.* 1. Turani. I, 10. coelum est.

---

*Epistolam ad Toranium om. XABCGOlpλ𝔛, bodleianus et quidam libri Scriverii: ante Epigramma illud* Ad Avitum *collocatam in libris reliquis demovit Scriverius. Inscriptiones variae aut, ut φ et P, nullae*: Ad Toranium *h*, Epistola ad Toraunum *aw*, Epistola *z*, Martialis Turanio suo S. *vulgo*.

1. Ave, mi] Ve (*om. littera initiali*) mi *φ*: Que mi *z*: Quae mibi *μx*: Salve mi *b*: Ave — carissime *om. Pe* Toranni *φμxα*: Torauni *bhw*: Poranni *s* 2. quod *om. μx* paginarum nostrarum est *bc* clarissimum virum *om. z* 4. sua *om. s* 5. vocatur *μx*

I. De Domiciano imperatore *X*. 1. Cum *c* hyeps *G* autumnus *ABG* 2. commodavit *XABCGP*: commendavit 𝔉 aestas *XABCGs* 3. famuli] fanni *b*: fauni *chlpsw*𝔉𝔅 *et pr.a* asserunt *abchw*𝔉𝔅: asserum *l*: afferunt *p* Reni *ABG*: rem *X*: regni *C* 5. Tarpei *abhwφ* dum patri stabunt *XAB*: patri dum stabunt *G*: summo saxa dum patri 𝔛 6. dumque] tamque *P* placebit *AGbhlpsφ et pr.a* 7. Matronae *l* diva *l*: dives *cφμxα*𝔅 *et corr.a*: clive *b*: divae *reliqui cum λ*𝔛𝔓. Iulium *abchlpswφμxα*𝔉𝔅: Iuliae *reliqui cum λ*𝔛𝔓. numen *achswz φμxα*: num *b*: nomen *reliqui cum* 𝔛𝔓. 8. Manevit *A* Flaviae decus nostrum *p*: decus gentis Flavis, *corr.* Flaviae gentis decus *h*: Flaviae decus (*om.* gentis) *XABCG* 10. munus *b* caeli est *XABGObc*𝔛: caelum *l*: *om. C*: caelum est *reliqui*.

## II.

Pauper amicitiae cum sis, Lupe, non es amicae,
Et queritur de te mentula sola nihil.
Illa siligineis pinguescit adultera cunnis,
Convivam pascit nigra farina tuum.
Incensura nives dominae Setina liquantur,
Nos bibimus Corsi pulla venena cadi.
Empta tibi nox est fundis non tota paternis,
Haud sua desertus rura sodalis arat.
Splendet Erythraeis perlucida moecha lapillis,
Ducitur addictus, te futuente, cliens.
Octo Syris suffulta datur lectica puellae,
Nudum sandapilae pondus amicus erit.
I nunc et miseros, Cybele, praecide cinaedos:
Haec erat, haec cultris mentula digna tuis.

## III.

Quantum iam superis, Caesar, caeloque dedisti
Si repetas et si creditor esse velis,
Grandis in aetherio licet auctio fiat Olympo
Coganturque dei vendere quidquid habent:
Conturbabit Atlas, et non erit uncia tota,

---

II, 9. pellucida

---

II. Ad Lupum *X*. 1. Sauper *z* quo sis *w* 2. de te] decem *X*: di rē *B* sola 𝔓: digna 𝔄: *om. XABG*: laesa *reliqui*: lauta *Heinsius*. 3. siligneis *X*: silligineis *O*: siligeneis *b*: si ligneis *G* piguescit *AO*: pinguescat *h* 4. Falerna *G* 5. dives *AG* domini *G* Sedina *XBC*: Sectima *b* liquatur *Pb et pr.A*: loquantur *Gs et pr.h*: locantur *h* 6. vivimus *AG* Corsi 𝔓φ: tosti *X*: torti *reliqui*. 8. Haud sua *α*: At sua *XCOahswzφμκ*𝔄: Ad sua *AG*: Ac sua *B*: Non sua *Pbclλ* amat *ABC* 9. perlucida *XBGhφμ*: tibi lucida *c*: flucida *b*: pellucida *reliqui*. 10. addictis *w* 11. Syris] sitis *b* puella *G*: puellis *l* 12. Nundum *s*: Nondum *GOabchwzφμκα*: Nudum *cum reliquis* 𝔄𝔓. 13. In hunc *pr.P* Cybelae *A* praescide *G*: percide *O* 14. erit *cφ et Iunianae, vid. Burmann. in Lucan. I*, 31.: erat *cum reliquis* 𝔓. cultrix *XAφ*

III. Ad Caesarem *X*. 2. repetor esse *s* 3. actio *C* fiet *P* 4. habet *XA* 5. Athlas *O*: Athlaus *XAP*: Athalas *b* et iam non erit *bcz*: et erit vix *l*

Decidat tecum qua pater ipse deûm.
Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
Quid pro Tarpeiae frondis honore potest?
Quid pro culminibus geminis matrona tonantis?
Pallada praetereo: res agit illa tuas.
Quid loquar Alciden Phoebumque piosque Laconas?
Addita quid Latio Flavia templa polo?
Expectes et sustineas, Auguste, necesse est;
Nam tibi quod solvat non habet arca Iovis.

## IV.

Aureolis futui cum possit Galla duobus
Et plus quam futui, si totidem addideris:
Aureolos a te cur accipit, Aeschyle, denos?
Non fellat tanti Galla. Quid ergo? Tacet.

## V.

Nubere vis Prisco, non miror, Paula: sapisti.
Ducere te non vult Priscus: et ille sapit.

## VI.

Tibi, summe Rheni domitor et parens orbis,
Pudice princeps, gratias agunt urbes;

---

III, 11. Alcidem

---

6. Descidat *G*: Decedat *Pb*: Decertet *O*, *quod Domitius pro interpretatione vulgatae posuit.* tecum] totum *XACφ et teste Heinsio G* 7. quod enim *φ* 8. frontis *pr.l* 9. Quid pro culminibus quid enim tibi gemmis *b* 10. ista *l*: ille *z* 11. Alcidem *Obhμκ* Phoebeumque *b*: Phoebum (*om.* que) *O* phiosque *AG*: pisosque *p*: duosque *margo Iuntinae Lemairii.* 12. Addit *XAG* quid] qua *l* templo *P* polo] foro *O*, *margo e et* „*veterrima editio*“ *Gruteri. Et sic volebat Heinsius in Adversariis p.* 226. *et in Valer. Flacc. I*, 15. *Idem in exemplari suo ascripsit* tholo. 14. quod] quo *margo Gryphii.*

IV. De Galla *X.* 1. Aureis *XG*: Aereolis *margo Iuntinae Lemairii et Rutgersius.* possis *AGz*: posset *OP* Galla *om. X* 3. Aureolas *Ow*: Aureolis *z*: Aureole *s* Aescyle *X* 4. Ne *C* fallat *pr.A* Gallia *μ* iacet *l*

V. In Paulam *X.* [*In XP post Epigr. X, in AGφ aliisque post XI.*] 1.2. Crispo *et* Crispus *P* 2. non vult te *s* et ipse *P*

VI. Ad Caesarem *X.* 1. dominato et parens *b*: parens et domitor *l* 2. Princeps pudice (pudicae *φ*) *lφ*: Publice princeps *α*

Populos habebunt: parere iam scelus non est.
Non puer avari sectus arte mangonis
Virilitatis damna maeret ereptae,
Nec quam superbus computet stipem leno,
Dat prostituto misera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam
Pudor, esse per te coepit et lupanari.

## VII.

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
  Continuis volui quinque diebus Ave.
Non vacat, aut dormit, dictum est bis terque reverso.
  Iam satis est, Afer: non vis avere: vale.

## VIII.

Tanquam parva foret sexus iniuria nostri
  Foedandos populo prostituisse mares,
Iam cunae lenonis erant, ut ab ubere raptus
  Sordida vagitu posceret aera puer.
Immatura dabant infandas corpora poenas.
  Non tulit Ausonius talia monstra pater,
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,
  Ne faceret steriles saeva libido viros.

---

VII, 3. dictum bis 4. non vis, Afer, avere:
VIII, 3. curae

---

3. Populus 𝔓 (? *non P*): Populique *libri nescio qui Scriverii.* 4. avari] auri *A*: aut vir *Cabchlpsw*𝔅 arce *X* 5. Virginitatis *c* 6. supputet *l* 8. cubiculis *Pbhipλ* 9. per te *om. XAC* coepit *om. l*

VII. Ad Afrum *X.* 1. de Bilicis *X* tibi] ter *e* 2. habe *XAG* 3. dictum est *P*: dictus *p*: dicunt *Oabchlmsφ*: dictum *reliqui.* bisterque *X* reversum *l* 4. Afer, non vis avere (habere *AC*) *ACabhlswφλ*: Afer novis (nobis *X*) habere *XG*: non vis, Afer, avere *reliqui.*

VIII. * Ad Caesarem de facinoribus proitis (prohibitis *X*) *TX.* 3. Iam cunae *TACOμxα*: Iam culaenae nonis *X*: Iam cuncti *G*: Iam curae *reliqui cum* 𝔄𝔓 *et margine Gryphii.* leonis *T*: laeonis *A* ut *om. b*: et *T* raptus] natus *l* 4. vagitur *X*: vagitus *c* pasceret *aw* aerea *P* 5. dabant *om. T* copora *T*: corpore *l*: in corpora *h* 8. Nec *lμx* scaeva *r* viros] mares 𝔛

Dilexere prius pueri iuvenesque senesque:
    At nunc infantes te quoque, Caesar, amant.

## IX.

Nil tibi legavit Fabius, Bithynice, cui tu
    Annua, si memini, milia sena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli:
    Annua legavit milia sena tibi.

## X.

Cenes, Canthare, cum foris libenter,
Clamas et maledicis et minaris.
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes et gulosus esse.

## XI.

Nomen cum violis rosisque natum,
Quo pars optima nominatur anni,
Hyblam quod sapit Atticosque flores,
Quod nidos olet alitis superbae;
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer vocari
Et qui pocula temperat tonanti:
Quod si Parrhasia sones in aula,
Respondent Veneres Cupidinesque;
Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere non rudi volebam:

---

XI, 2. nuncupatur

---

IX. Ad Bythinicum *X.* 1. Favius *AG:* Fanius *bhswzφ:* Famius *l* cui tu] cultu *XG:* culti *A:* cultus *C* 1. 3. Bytinice *X*

X. * Ad Cantarum *T:* Ad Cantharum *X.* [*Om. P.*] 1. Coenis *O* furis *X* 3. movemur *T* 4. potest *X.* [*Versum affert D.*]

XI. De verno tempore *X.* 2. Quo *OPwzφλμκα et margo h:* Nam *margo a:* Non *reliqui.* nominatur *XCPbchmpz𝔛 et corr. l:* nominantur *AG:* numeratur *asw et pr.l:* nuncupatur *Oφμκα* 3. Hilbamque sapit *w* Arthicosque *s* 4. nidos *zα:* nido solet *P:* nidis *φ et pr.C:* nidus *reliqui.* 6. Quod *blm* 7. temperet *w* 9. Respondet *P* 10. molle *om. cum spatio P*

Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt Eiarinon tamen poetae,
Sed Graeci, quibus est nihil negatum
Et quos Ἄρες Ἄρες decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.

## XII.

Si daret auctumnus mihi nomen, Oporinos essem:
    Horrida si brumae sidera, Chimerinos.
Dictus ab aestivo Therinos tibi mense vocarer:
    Tempora cui nomen verna dedere, quis est?

## XIII.

Nomen habes teneri quod tempora nuncupat anni,
    Cum breve Cecropiae ver populantur apes;
Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi,
    Quod Cytherea sua scribere gaudet acu;
Nomen Erythraeis quod littera facta lapillis,
    Gemma quod Heliadum pollice trita notet;

---

15. Et queis Ἄρες Ἄρες licet    XII, 1. 2. 3. Ὀπώρινος, Χειμέρινος, Θέρινος

---

12. silla *AG*   rebellas 𝔓   13. Earinon *OPhφμκα*: ciari non *G*: iari non *XAC*: cari non *as*: rari non *b*   poetae] puellae *pr.z*   14. nichil est *G*   15. Et queis — licet *z*   ares ares decet *XOPabhwφμκ*: ares (*om. altero*) decet *G*: ἄρες ἄρες decet *α*   decem *p*   16. desertis *X*: disertos *Cabchlpsw*   17. Musas qui *h*

XII. De verno tempore *X*.   1. auptumpnus *G*   oporinos *POl*: oporinon *Cacwz*: hoperinon *XA*: oporion *b*: opirion *h*: operi non *Gs*: *om. cum lacuna φ*   2. Orrida *X*   bruma *w*   chymerinos *P*: chimerinos *plerique*: chimarinos *XACG*: *om. cum lacuna φ*   3. aetherinos *XA*: etheri tibi nos *G*: therinos *reliqui*: *om. cum lacuna φ*   tibi] mihi *α*: ter *c*   vocaret *bμκ*   4. quis est] quis em *X*: *om. pr.P*

XIII. De verno tempore *X*. [*Ante XII. P.*]   2. breve *Pszφμκαλ*: bene *reliqui*.   ver] vel *b*   populatur *bhsw*   apis *bs et corr.h*: avis *P*   3. Acidalium *XCasw*: Cidalium *G*: Cidalicum *A*   pingui *s*   4. est herea *XAG*: Cetea *s*   5. Erichthreis *φ*: Erytrei *X*: Erithrei *ACG*   6. Gemina *b*   Eliadum *XO*   notet] nootei *P*

Quod pinna scribente grues ad sidera tollant;
Quod decet in sola Caesaris esse domo.

## XIV.

Hunc, quem mensa tibi, quem cena paravit amicum,
Esse putas fidae pectus amicitiae?
Aprum amat et mullos et sumen et ostrea, non te.
Tam bene si cenem, noster amicus erit.

## XV.

Inscripsit tumulis septem scelerata virorum
„Se fecisse" Chloe. Quid pote simplicius?

## XVI.

Consilium formae speculum dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata deo
Ille puer tota domino gratissimus aula,
Nomine qui signet tempora verna suo.
Felix, quae tali censetur munere tellus!
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

---

XIII, 7. penna XV, 1. tumulo celebrata XVI, 4. signat

---

7. pinna *AGPahswzφ*: penna *reliqui.* stridente *mφ et margo Gryphii.* tollent *XAG*: tollunt *h* 8. Et decet *C*

XIV. De amicitiis fictis *X.* [*Apponit D.*] 1. Hunc quem mensa tibi quem cena *XAGPabchlswφ*: Hunc tibi quem mensa, quem cena *D*: Hunc quem cena tibi quem mensa *reliqui.* 2. verae *lp* 3. mulos *Pφ*: nullos *b* et sinum *D* non te] nocte *X*: et ostrea non te *om. P* 4. erit *XGPa𝔛 et corr. A*: eris *reliqui.*

XV. De Chloe *X.* 1. tumulis *P*: tumulus *b*: tumulo *reliqui.* scelerata *XAP𝔛*: celerata *G*: celebrata *reliqui.* 2. Qui *zφ*

XVI. De coma Earini *vulgo.* [*In XACG cum XV conflatum.*] 1. ducesque *X*: dulcisque *OPbswzμx*: dulceisque *a* 2. Pergamea *Pbps*: Perganico *a*: Perganica *w* secreta *z* 3. tota *φ𝔓 et Gruteri tertius*: tanta *om*: domino — aulae *m teste Grutero*: toto domino *vel* tantae — aulae „*edd. priscae*" *teste Grutero*: tanto *reliqui.* 4. Nomina *P* finget, *corr.* fingat, *v*: figet *l*: finget *b*: signat *mz𝔓* 5. qui *z* munere] nomine *abchlwzφ𝔅*

## XVII.

Latonae venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa brevesque colos,
Hos tibi laudatos domino, rata vota, capillos
Ille tuus Latia misit ab urbe puer;
Addidit et nitidum sacratis crinibus orbem,
Quo felix facies iudice tuta fuit.
Tu iuvenale decus serva, ne pulchrior ille
In longa fuerit quam breviore coma.

## XVIII.

Est mihi sitque precor longum te praeside, Caesar,
Rus minimum, parvi sunt et in urbe lares.
Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis,
Curva laboratas antlia ducit aquas.
Sicca domus queritur nullo se rore foveri,
Cum mihi vicino Marcia fonte sonet.
Quam dederis nostris, Auguste, penatibus undam,
Castalis haec nobis aut Iovis imber erit.

---

XVII, 3. domino sua vota 6. tota fuit, XVIII, 4. tollit aquas.

---

XVII. * Ad Escolapium *T.* [*In XA cum XVI. conflatum.*] 2. Percarum *O* coos *μ* 3. sibi *l* laudat hos *T* domino] domi *T:* domini *Heinsius in Ovid. Met. IV*, 387. rata vota *T et Gulielmius Verisimill. III, 7.:* rata voce *XAG et codex Gulielmii:* sua vota *lp*𝔓𝔅, „*editio princeps et codex Florentinus*“ *Scriverii*: suo voce *margo h*: dominorum voce (vota *a*) *reliqui.* 4. tuos *T* 5. nitidum] miserum *b* 6. Quod *T* faciet *XA* indice *margo Iunii.* tuta *TO*𝔓 (? *non P*) *bhlmswzφλ et corr.ac*: tua *pr.a*: prima *pr.c:* tota *reliqui*: culta *Heinsius in Ovid. Amorr.* I, 14, 46. *tanquam ex T*: tonsa *Roius*: lota *Heinsius in exemplari suo ascripsit.* 7. Te *s* iuvenale *TXAGP*: iuvenile *reliqui.* ne] nec *l* 8. fuerint *XA*

XVIII. Ad Caesarem *X.* 3. quam de *P* det] de *as* satientibus *a* 4. Cura *κa*: Curta *margo Gryphii et Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 645. laborata *A* anthlia *Oh*: anclia *Cbm*: santlia *φ*: sanclia *cz*: sandia *A*: audia *G* ducit] tollit 𝔓*zμκa* 5. nulloserrore *X* 6. Marsia *Cabchlmswμκ:* Marsya *φ* fronte *AGl* sonat *XACG* 7. Quam — unda *X:* Quam (Cum *s*) — undas *absw*: Quas — undas *cφ* 8. haec nubis *XA*: ac nubis *G*

## XIX.

Laudas balnea versibus trecentis
Cenantis bene Pontici, Sabelle.
Vis cenare, Sabelle, non lavari.

## XX.

Haec, quae tota patet tegiturque et marmore et auro,
Infantis domini conscia terra fuit.
Felix o quantis sonuit vagitibus et quas
Vidit reptantes sustinuitque manus!
Hic steterat veneranda domus, quae praestitit orbi
Quod Rhodos, astrifero quod pia Creta polo.
Curetes texere Iovem crepitantibus armis,
Semiviri poterant qualia ferre Phryges:
At te protexit superûm pater et tibi, Caesar,
Pro iaculo et parma fulmen et aegis erat.

## XXI.

Artemidorus habet puerum, sed vendidit agrum:
Agrum pro puero Calliodorus habet.
Dic, uter ex istis melius rem gesserit, Aucte?
Artemidorus amat, Calliodorus arat.

---

**XX, 3. Felix, quae tantis et quae**

---

XIX. Ad Sabellum *X*. 1. balneas *Oabswφ* 2. Cenanti *c*: Cenant si *XACGp* Fabelle *b*: Fabulle *zφ* 3. Fabelle *bs*𝔅: Fabulle *zφ* non labari *A*: non vabari *X*: et non lavari *abhw*

XX. * Ad Caesarem *TX*. 1. Haeque tota *XA* patet] late *P* regiturque *b* 2. terra *om. A*: turba *C* 3. Felix o quantis *T*: Felix quanti *A*: O felix quantis *Olz*𝔓, „*codex Viennensis et editio princeps*" *Gruteri*: Felix quae tantis *reliqui*. vagtabus *T* et quas *TXACOahlswzφμκ*𝔓, *editio princeps Gruteri et pr.c*: aquas *b et var. lect. m*: aula *m*; et quae *reliqui*. 4. reptantis *TClφ*: treptantis *XA* 5. veranda *XA* urbi *PXACG aclsw* 6. Quod] Hic *z* Rhodus *TO* [7—10. *om. T*.] pia Creta polo] placeret apollo *P* 7. Curetes rexere *G*: Cure exere *A*: Curti texere *X*: Contexere Iovem Cretes 𝔛: Cretenses texere *Cabchlswφμκα*: Curetes texere *cum reliquis* 𝔓. crepitantibus armis Iovem *X* 8. Semuniri *w* Friges *X* 9. praetexit *z*: prospexit *l*: porrexit 𝔅

XXI. * Ad Auctum *TX*. 1. vendedit *T* agros *c* 2. Callidorus *T* habet] arat *C* 3. Dicunt ex istis *C* isti *X* iusserit *T*: iuverit *Roius*.

## XXII.

Credis ob haec me, Pastor, opes fortasse rogare,
Propter quae vulgus crassaque turba rogat,
Ut Setina meos consumat gleba ligones
Et sonet innumera compede Tuscus ager;
Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepet in nostris aurea lamna toris,
Nec labris nisi magna meis crystalla terantur
Et faciant nigras nostra Falerna nives;
Ut canusinatus nostro Syrus assere sudet
Et mea sit culto sella cliente frequens;
Aestuet ut nostro madidus conviva ministro,
Quem permutatum nec Ganymede velis;
Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas
Et Massyla meum virga gubernet equum.
Est nihil ex istis: superos ac sidera testor.
Ergo quid? Ut donem, Pastor, et aedificem.

## XXIII.

O cui virgineo flavescere contigit auro,
Dic ubi Palladium sit tibi, Care, decus?

---

**XXII, 1. ob hoc 2. Propter quod 12. velit. 14. Et Massyleum**

---

XXII. Ad pastorem amicum X. [*Om. hoc Epigr. G.*] 1. ob haec *XAObhlzφ*: ob hoc *reliqui.* rogare *om. P* 2. propter quae *XACOPabhswz*: propterque *φ:* propter quod *reliqui.* vulgus] populus *Pφ* 3. Ut sentina *μ*: Vo Setina *AC*: Vosentina *s:* Va Setina *b:* Vos et mamenos *w:* Quo Setina *Oudendorpius.* consumet *hw*: cons *P* gilones *A* 5. Ut mari Libycis *XA*: Ut Mauris Libyci *h*: Ut magni Libycis 𝔅: Ut maris Libyci *bs:* Utque maris Libyci (Libycis *Ca*) *Cawφ*, *pr.c et corr.l:* Ut Maurusiacis *O*: Ut Maurusiaci „*sed placet magis* Ut Mauri Libycis" *Domitius.* 6. lamma *μx:* gemma *XOabchlwφ* 7. nisi] mihi *Xφ* magna *om. b* petantur *c* 8. nigra *P* 9. canusianatus *A*: canusitanus *sw*: canusiavetus *X* Surus *XA* asserudet *A* 10. Et mansit *C* cultu *P* cella *alw* 11. Aestnet et *mz* 12. velim *O awμxa*: velit *Scriverius:* velis *cum reliquis* 𝔓*m.* 13. luculenta *aw* liniat *w* multa *A* 14. Et Massyla meum *XACO*𝔐: Et Massilenum *a:* Et Massyleneum *c*: Et Massilleum *φ*: Et Massilacum *w*: Et Massyleum *reliqui.* 15. Et nihil *XA:* E nihil *z* ad sidera *XA*: syderaque et supera *P*

XXIII. Ad Carum X.

„Aspicis en domini fulgentes marmore vultus?
Venit ad has ultro nostra corona comas.“
Albanae livere potest pia quercus olivae,
Cinxerit invictum quod prior illa caput.

## XXIV.

Quis Palatinos imitatus imagine vultus
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
Haec mundi facies, haec sunt Iovis ora sereni:
Sic tonat ille deus, cum sine nube tonat.
Non solam tribuit Pallas tibi, Care, coronam;
Effigiem domini, quam colis, illa dedit.

## XXV.

Dantem vina tuum quotiens aspeximus Hyllum,
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.
Quod, rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?
Aspicimus solem, sidera, templa, deos.
Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon
Porrigat atque oculos oraque nostra petat?
Trux erat Alcides, et Hylan spectare licebat;
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros spectet conviva ministros,
Phineas invites, Afer, et Oedipodas.

---

XXV, 6. tegam? 7. sed Hylam

---

3. Aspiciens domini *X* 4. ultor *X* 5. libere *XAGP*: libare *Cabchswzφμκλ*: livere *cum reliquis* „*alii codices*“ *Domitii.* pia] tua *h* 6. prius *h*

XXIV. [*In XACGhlφ cum XXIII. conflatum.*] 1. Qui *P* imitatur *Pφ* vicit] uit *b* ebor *pr.A* 3. Nec *w* 4. Si tonat *φ* 5. Non solum *mφ* 6. colit 𝔛

XXV. * Ad Afrum zelotipum *T*: Ad Afrum *X.* 1. Dantum *C* conspeximus *P* Hyillum *T:* Hillum *CPc*: Hyllam *l*: Hilum *h:* Hylum *a:* illum *XAGbκ* 2. afertur vidiore *T*: torvo *λ* 3. Quid rogo *μκα:* Quo rogo *T* nollem *s* spectarem *T* 4. solem] coelum *z* 5. corgon *P* 6. atque oculos] et vultus *Pulmanni codex.* ora nostra *T* petat *TXACG*𝔛𝔅*:* petet *Vossianus Roii*: tegam *reliqui cum P.* 7. Alcides et *TP*: Alcide sed *X*: Alcides sed *reliqui.* Hylan *TXAP:* Hylen *z*: Hylam *reliqui.* 8. Mercurium *z* 9. neros spectant convivia *T* 10. et *om. X* Oedipedas *P*

## XXVI.

Audet facundo qui carmina mittere Nervae,
Pallida donabit glaucina, Cosme, tibi;
Paestano violas et cana ligustra colono,
Hyblaeis apibus Corsica mella dabit.
Sed tamen et parvae nonnulla est gratia Musae;
Appetitur posito vilis oliva lupo.
Nec tibi sit mirum, modici quod conscia vatis
Iudicium metuit nostra Thalia tuum.
Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Lascivum iuvenis cum tibi lusit opus.

## XXVII.

Cum depilatos, Chreste, coleos portes
Et vulturino mentulam parem collo
Et prostitutis laevius caput culis,
Nec vivat ullus in tuo pilus crure,
Purgentque saevae cana labra volsellae;
Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos,

---

**XXVI, 2. glaucia 8. metuat XXVII, 5. Pingantque crebrae cana**

---

XXVI. * Ad Cosmum *TX.* 1. miterere nerus *T*: mittere carmina Nervae *h* 2. Pallida *TOPcl*: Palia *sλ*: Pallio *XG*: Pallia *reliqui.* donabit *TCmswz𝔓*: donavit *reliqui.* glaucia *swz* comes *G et pr.A* 3. Pesteno *T*: Prestano *XAG* 4. dabis *G*: dabat *μκ* [5. 6. *om. T.*] 5. nonnulle si gratia *AG*: non ulla tibi *s* est] et *P* gloria *sw* Musa *A* 6. Appetitor *X* vigis *A*: iugis *XCG𝔛 et Vaticanus Heinsii in Claudian. Honor. et Mar.* 267. 7. Ne *l* miram *T* modice *O*: modica *s*: modico — vatis *P*: modico — vati *lpz et pr.h* 8. metuit *TOacw𝔛*: meruit *XACGbhlmφ𝔅*: metuat *reliqui cum P.* 9. tuus *T* veritus] dr̄ *z* 10. Lascivis *X*: Lascivus *G𝔛* iuveni *Heinsius.* misit *Heinsius.*

XXVII. Ad Crestum *X*: Ad Crescum *φ.* 1. Cum depileatos *c*: Cum de pilatis *C*: Cum philatos *X* Creste *multi*: Crete *AG*: Cresce *zφ*: *om. b* culeos *X* portas *AG* 2. mentula *A* [3. *in XACGz post versum septimum collocatur.*] lenius *hl* culus *P* 4. Nec iuvat *s*: Nec rigeat *Heinsius.* cruce *A* 5. Pingantque *codex Pulmanni et „omnes fere“ Gruteri*: Pungantque *Scriverius.* saevae *XACG𝔓λμκα*: scaevae *φ*: crebrae *reliqui*: ahenae *Heinsius.* labra] barba *p et pr.h* vel sellae *ACG*: velsyllae *X*: ricellae *p* 6. Numus *X*

Et quidquid unquam legimus pilosorum
Loqueris sonasque grandibus minax verbis,
Et cum theatris saeculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista si draucus,
Iam paedagogo liberatus et cuius
Refibulavit turgidum faber penem:
Nutu vocatum ducis, et pudet fari
Catoniana, Chreste, quod facis lingua.

## XXVIIII.

Dulce decus scenae, ludorum fama, Latinus
    Ille ego sum, plausus deliciaeque tuae;
Qui spectatorem potui fecisse Catonem,
    Solvere qui Curios Fabriciosque graves.
Sed nihil a nostro sumpsit mea vita theatro
    Et sola tantum scenicus arte feror.
Nec poteram gratus domino sine moribus esse:
    Interius mentes inspicit ille deus.
Vos me laurigeri parasitum dicite Phoebi,
    Roma sui famulum dum sciat esse Iovis.

---

7. usquam

---

7. unquam *XAGcφ𝔄*: usquam *reliqui cum P*. philosophorum *XCG𝔄 et pr.h* 9. theatro *cμκα*: theatris *cum reliquis 𝔄𝔓*. 10. aliquis inter ista si draucus *Iunius*: aliquis inter istas draucus *O*: aliquis inter ista draucus et *μκ*: aliquis inter ista si draucus et *α*: aliquis inter ista si draucis *φ𝔄*: aliquis (aliqui *X*) ista si draucis *XAl*: aliqui iste si draucis *G*: aliquis ista si draucis et *p*: aliquis inter ista sit racus *z*: aliquis instas idraucis *s*, *sed margo* intersit raucus: aliquis instar „*vel* intersit" idraucis *m*: aliquis instans ydran cis, *corr.* draucus, *h*: aliquis instans in draucis *bc*: aliquis si draucis *C*: aliquis intersit raccus (rarcus *aw*) *aw𝔓*: aliquis inter ista draucorum *margo Gryphii*. 11. cunis *pr.h* 12. panem *p* 14. Creste, Cireste, Cresce (*cφ*) *multi*. quid facis *XACl et corr.h*

XXVIIII. Ad Romam *X*. 1. sicene *G* Latini *C* 3. Quis *A* potuit *P* fecisse] fregisse *Scriverius*: flexisse *vel* cepisse *Heinsius*. 4. Curius *A* 5. a nostro] averso *abcmpswzφ𝔅*: adverso *hl*: a vestro *Beverlandus*. 6. Et solat natum *X* scenicos *z* 7. poterat *X* 8. suspicit *CGOsκα*: suscipit *XAlwμ*: inspicit *reliqui cum φ𝔅𝔓*: perspicit *Heinsius*. 9. Vel me *λ* no *l* Phoedi *A* 10. tui *b* esse] ipse *b*

## XXIX.

Saecula Nestoreae permensa, Philaeni, senectae,
  Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
Euboicae nondum numerabas longa Sibyllae
  Tempora: maior erat mensibus illa tribus.
Heu quae lingua silet! non illam mille catastae
  Vincebant, nec quae turba Sarapin amat;
Nec matutini cirrata caterva magistri,
  Nec quae Strymonio de grege ripa sonat.
Quae nunc Thessalico lunam deducere rhombo,
  Quae sciet hos illos vendere lena toros?
Sit tibi terra levis mollique tegaris harena,
  Ne tua non possint eruere ossa canes.

## XXX.

Cappadocum saevis Antistius occidit oris
  Rusticus. O tristi crimine terra nocens!
Rettulit ossa sinu cari Nigrina mariti
  Et questa est longas non satis esse vias;
Cumque daret sanctam tumulis, quibus invidet, urnam,
  Visa sibi est rapto bis viduata viro.

---

**XXIX, 5. siles! 6. Serapin**

---

XXIX. * De Phileni anti (*h. e.* anu) *T:* De Phileni anu scelerata *X.* 2. est *G* nam cito *P*: quam cito *Heinsius.* 3. nundum *T* numerabis *μ* loga *T.* 4. erit *C*: est *T* [5—10. *om. T.*] 5. catęste *G* 6. Vincebat *XAG* neque turba *X* Sarapin *XACl*: Seraphin *bhφ*: Serapin *reliqui.* 7. cirata *φ*: cirrita *aswλ et pr. h*: curiata 𝔅 ministri *P* 9. de-ducere rhombi *XG et var. lect. A*: deducere canni *l*: deducet (deducit *s*) ab orbe *Cabcmpwzφ*𝔅 12. Nec tua *Xcl* posint *T*: possunt *b*

XXX. * De Anti (Antisti *X*) morte *TX.* 1. Capadocum *TOb* scaevis *l*: saevius *b* 2. carmine *z* 3. Praetulit *c* cara *O* 4. Et qua esta *TX* longus *A.* 5. daret sanctam *TPczφλμκα*: daret sanctis *XCOahlsw*: dare sanctis *AG*: daret satis *b*: darot sacris *c* tumilis *O*: tumulus *AGwμκ* invidit urnam *T*: invidet urna *XA*: invide turna *G* 6. bis viduata] vis videatur *XAG*

## XXXI.

Cum comes Arctois haereret Caesaris armis
Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat iam sibi vota deus.
Ipse suas anser properavit laetus ad aras
Et cecidit sanctis hostia parva focis.
Octo vides patulo pendere nomismata rostro
Alitis? haec extis condita nuper erant.
Quae litat argento pro te, non sanguine, Caesar,
Victima, iam ferro non opus esse docet.

## XXXII.

Hanc volo, quae facilis, quae palliolata vagatur,
Hanc volo, quae puero iam dedit ante meo;
Hanc volo, quam redimit totam denarius alter,
Hanc volo, quae pariter sufficit una tribus.
Poscentem nummos et grandia verba sonantem
Possideat crassae mentula Burdigalae.

---

XXXI, 1. Dum comes 7. numismata XXXII, 6. crassi mentula Burdigali.

---

XXXI. * Ad Caesarem de ansere sponte se ablato *T*: Ad Caesarem *X*. [*Om. Epigr. G.*] 1. Dum *OPμκα*: ( ) Vm *φ* Artuis *A*: Archois *a*: Archadis *T*: Arctis *P* 2. Verius *XAC*: Vebius *Iunianae*: Vibius *λ et Gryphianae*: Vectius *O* novit *Tw* 3. toto *μ* peregeret *w*: peregerit *z* annos *pr.c* 4. poscebant *b* tam *s* [5—10. *om. C.*] 5. laetus properavit *Oμκα* laetus cedarat, *corr.* latus ad aras, *A* 6. fanctis *O* hospita *P* 7. patula *XA* nomismata *APl*: munismata *w*: numismata *reliqui.* 8. Altis *T* hacc et extis *φ*: haec estis *hs* 9. litata *P* per te *a* caesa *Oa*: Caesar *cum reliquis λ „MSS. aliquot et edit. princ.“ Scriverii et bodleianus.* 10. ferre *XA* decet *APls*

XXXII. * Qualem velit mulierem *TX*. 1. quae est facilis *s* polio lata *O* 2. iam de ante *T* 3. nolo *G* totam redimit *h* dinarius *T*: donavimus *s* alter *om. T* 4. qua *A* sufficit] iam dedit *c* 5. sanantem *A* 6. Possedeat *T* crassae *T*: crassa *XACGb et corr.h*: crassi *reliqui cum P.* Burdigalae *TXAGOlpzφ*, *et corr.h*: Burdegalae *abswμκ*, *pr.h et Gruteriani* (*praeter P*): Burdegalē *Cc*: Burdigalem *Arondellianus, unde Gronovius* Crassi m. Burdigalem: Burdigali *Pλa*

## XXXIII.

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum,
Matronis illic esse mentulam scito.

## XXXIV.

Iuppiter Idaei risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flavia templa poli,
Atque inter mensas largo iam nectare fusus,
Pocula cum Marti traderet ipse suo,
Respiciens Phoebum pariter Phoebique sororem,
Cum quibus Alcides et pius Arcas erat:
„Gnosia vos“ inquit „nobis monimenta dedistis:
Cernite, quam plus sit, Caesaris esse patrem.“

## XXXV.

Artibus his semper cenam, Philomuse, mereris,
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.
Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeras Sarmaticamque manum;

---

**XXXIII, 2. Mathonis XXXIV, 1. Iupiter 2. Cum videt 7. Cnossia monumenta**

---

XXXIII. * Ad Flaccum *TX*. 1. Audierit *μκ* plus sum *h* 2. Matronis *T:* Maronis *abcmwz𝔓* (? Morionis *P*)*:* Mathonis *margo Gryphii:* Marionis *l:* Morionis *reliqui.* mentula *XA:* mentulas *h*

XXXIV. Ad Caesarem *X*. 1. Idae *XA* 2. Cum *l𝔅* augusti *X* coli *X*: tholi *vel* fori *Heinsius in Valer. Flacc. I,* 15. *et Adversariis p.* 226. 3. largiam nectare *XA* fusas *h* 4. ipsa *b:* ille *C* 5. Phoebi pariterque *c* plebique *G* 6. et plus *A*: et puer *lzφ* Archas *XObh*: escas *AG* erat] adest *pr.h* 7. Gnosia vos *ACGPbclszφμκα et pr.h:* Gnosia nos *corr.h*: Gnoviasos *X*: Gnossia vos *Op*: Gnosia nos *a*: Cnossia nos *w:* Cnossia vos *Iunianae.* nobis] verbis *l:* uberis *bp𝔅 et pr.h* monimenta *X:* monumenta *reliqui.* dedisti *ACGabwφ* 8. sic *A:* est *z*

XXXV. * Ad Filomusum *TX*. 1. hiis *G* sem caenam *T*: coenam semper *s* 2. et quasi *XCaclmpwzφ𝔅* 3. Scis quid marsacia *s:* Scis quid in arpatia *p*: Scis ad marsacia *b* Arsicia *P* Pacorum *G:* paucorum *T* aura *T* 4. Rhennanam *O:* Rheni manum *XACGablpsw* numera *XAG*

Verba ducis Daci chartis mandata resignas,
    Victricem laurum quam venit ante vides;
Scis, quotiens Phario madeat Iove fusca Syene,
    Scis, quota de Libyco litore puppis eat,
Cuius Iuleae capiti nascantur olivae,
    Destinet aetherius cui sua serta pater.
Tolle tuas artes; hodie cenabis apud me,
    Hac lege, ut narres nil, Philomuse, novi.

## XXXVI.

Viderat Ausonium posito modo crine ministrum
    Phryx puer, alterius gaudia nota Iovis:
„Quod tuus, ecce, suo Caesar permisit ephebo,
    Tu permitte tuo, maxime rector" ait.
„Iam mihi prima latet longis lanugo capillis,
    Iam tua me ridet Iuno vocatque virum."
Cui pater aetherius „Puer o dulcissime," dixit,
    „Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi:
Caesar habet noster similes tibi mille ministros
    Tantaque sidereos vix capit aula mares.
At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles,
    Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?"

---

XXXV, 9. Iuneae

---

5. Dachi *Xbhp* carthis 𝔅: Cattis *λα*: chartis *vel* cartis *cum libris nostris Gruteriani quattuor, „totidem aut plures cum edit. princ." Scriverii et codex Gulielmii Verisimill. III*, 7. 6. Victorem *sz* vehit *hl* 7. Pario *T*𝔅: vario *P* maneat *TXACGφ*: manet *Heinsius*. Iovem *T*: Iene *b* fusco *φ* 8. quod de *XAC*: q de *G* Lybio *T* pupis *T* erat *TG*: *om. s* [9. 10. *om. T.*] 9. Iuliae *X*: vileae *bs*: villeae *pr.h* capitis *Cabhlw et pr.c* nascuntur *Xlzφ* 10. Detinet aethereus *XCb*: Detinet inetherius *AG*: Destinat *z* aethereus *plerique*. sui serta *Az* pater] parat *XACG* [11. 12. *affert D.*] 11. tuas] quas *T* partes *P* 12. Philomese *pr.T*: mihi ninne *D*

XXXVI. De Ganymede et Iove *O*. [*In XACG cum XXXV. conflatum.*] 2. Prix *A*: Phix *b* vota *O*: iota novis *w* 3. Quo tu sicce *XAG* permissus *l* 4. Tu iam permitte *l*: Hoc mihi permittas, conditor orbis, ait *codex Pulmanni.* 6. vinum *G* 8. Non nego *Rutgersius.* quod] quae *P* possis *l*: poscens *G* vetat 𝔅 ista *l* 9. Caesar multos („*al.* nostros") habet *o* similes] silens *w* 10. vix] non *o* 11. Ast *l* 12. eris *s*

## XXXVII.

Cum sis ipsa domi mediaque ornere Subura,
Fiant absentes et tibi, Galla, comae;
Nec dentes aliter, quam serica nocte reponas,
Et iaceas centum condita pyxidibus;
Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum est mane, supercilio.
Et te nulla movet cani reverentia cunni,
Quem potes inter avos iam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamen; sed mentula surda est,
Et sit lusca licet, te tamen illa videt.

## XXXVIII.

Summa licet velox ludas, Agathine, pericla,
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras
Vel pede vel tergo, crine vel ungue sedet.
Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo
Et rapiant celeres vela negata Noti,

---

XXXVII, 10. Et sit surda licet, XXXVIII, 1. velox, Agathine, pericula ludas, 6. Et rapiant fortes

---

XXXVII. * Ad Gallam *TX*. 1. vis *XAGlp et pr.h* ipsa] ppa *C* ornare *XAGhlp* sub ura *G*: sub aura *C*: sub aula *asw*: sub umbra *margo Gryphii.* 2. obsentes *T* 3. sericata *XG*: sorica *w*: sera 𝔄 4. Et centum iaceas *P* lateas *Oabswzφμκα*: iaceas *cum reliquis* 𝔄𝔓. puxidibus *P*: pixibus *A*: pasidibus *s* 5. Nec cum faceas *T* inuius *Gh* 6. Quo *C* ploratum *TXACG* supercilium *CP* [7. 8. *om. T.*] 7. Et nulla te *B* cani] tam *XAG*: tanti *l* 8. avos annumerare *h* 9. sescenta *TX* est *om. m* 10. Et si *h* lusca *T*𝔓*ewzφλμκα*: surda *XACGabhls*𝔄: caeca *m* vide *μ*

XXXVIII. Ad Agathrinum X. [*Om. Epigr. G.*] 1. ludas (laudas *X*) Agathine pericla *X*: Agathine pericula laudas (ludas *Pzφλα*) *PAbzφλα*𝔄: Agathine (Agathini *μ*) pericula laudes *Oachlpswjμκ*𝔅 ludas *om. C* 3. tenuisque recisa *P*: nectuesque *A* 4. crine vel ungue *Oabchlmpzλφ*𝔅𝔓: pingue (pingues *A*) vel ungue *XACsw*: olune *vel* ungue *μκα* 5. Lubrico *A* Corytio *μκ*: Coritio *OP* quamvis sit *Xφ*: quam iussit *A* polpita *s* 6. celeres *om. XA*: madidi 𝔄, *sed margo m. sec.* celeres: fortes „*optimus MS*" *Scriverii.*

Securos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici ventus et unda nihil.
Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli
Non potes: arte opus est, ut tibi parma cadat.

## XXXIX.

Prima Palatino lux est haec orta tonanti,
Optasset Cybele qua peperisse Iovem.
Hac et sancta mei genita est Caesonia Rufi.
Plus debet matri nulla puella suae.
Laetatur gemina votorum sorte maritus,
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

## XL.

Tarpeias Diodorus ad coronas
Romam cum peteret Pharo relicta,
Vovit pro reditu viri Philaenis,
Illam lingeret ut puella simplex,
Quam castae quoque diligunt puellae.
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus obrutusque ponto
Ad votum Diodorus enatavit.

---

XL, 5. Sabinae.

---

7. puer inelecta *A* artus] armis *P*: armos „*membranae Cuiacianae*“ *Scriverii.* 8. cedat *p*

XXXIX. Ad Caeloniam *X*. 1. haec est *h* 2. Optasse *X* Cibale *G* 3. Haec et *hw*: Haec est *s*: Nec et *bp* sanctum eugenita est *X*: sancta die (scartie *teste Heinsio*) genita est *G*: sancta meo — Rufo 𝔛: Sanctonici genita est *λα*: sancta mei genita est *reliqui cum „fidelioribus libris et ed. princ.“ Scriverii et Gruterianis.* caesonia *φ*: Caelonia *CP* 4. debet esse matri *A*: debet patri — suo 𝔛 5. maritum *XACG* 6. vis *AG*

XL. * De Diodorem uxori eius Phleni *T*: De Diodoro et Phileni uxori eius *X*. [*In T praecedit XLI.*] 1. Tarpeius *aw* 2. Roma *XAG* conpater et *T* 3. reditum *T* 4. Illim *T*: Illum *cφ* lingueret *pr. A*: gluberet *Heinsius.* ut puellam semper *P* 5. [*om. T.*] puellae *XACG*: Sabinae *reliqui. An* Sabellae? 6. Disperserat e *P*: Depressa *vel* Deprensa rate *Heinsius.* 7. Mersis *T* fructibus *A* ponto est *T* 8. [*om. T.*] enatabit *P*: enotavit *z*

O tardus nimis et piger maritus!
Hoc in litore si puella votum
Fecisset mea, protinus redissem.

## XLI.

Pontice, quod nunquam futuis, sed pellice laeva
    Uteris et Veneri servit amica manus,
Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens,
    Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres;
    Mars semel, ut geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderant, si masturbatus uterque
    Mandassent manibus gaudia foeda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum:
    „Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est.“

## XLII.

Campis dives Apollo sic marinis,
Sic semper senibus fruare cygnis,
Doctae sic tibi serviant sorores,

---

**XLI, 7. perdiderat 8. Mandasset XLII, 2. cycnis,**

---

9. Ut tardus *AGφ* 10. Hoc a littore *κα*: Hoc in litore *cum reliquis* 𝔛. 11. Fecissem *AG* mea] ī ra *s* rediissem *bμκ*

XLI. * Ad Ponticum *TX*. [1. 2. *om. T.*] 1. quo *AG*: quid *cl* futuisset *G* pollice *Clw*: pelice *P* levae *w* 2. Veneris amica eruit manus *X* 3. est *om. pr. P* mihi cedes et *AG* [5. 6. *om. P.*] 5. semel fuit *A*: semel aliit (*h. e.* saliit) *T* generet *AG*: generator *s* Oratius *TOsμκ* utres *XA* 6. ut] in *AG* Illia *T* castra *TAG*: Iliave daret *l* 7. perdiderant *OPabchszφ*: perdiderat *reliqui.* mas turbatus *Ga*: masturbatas *T*: mastrubatus *μκ*: Mars turbatus *Cl* 8. Mandassent *Pz*: Mandasset *reliqui.* foeda] feba *O* („*editio princeps* faeba *sive* feba“ *Scriverius.*): saeva *Scriverius.* 9. mihi *achlsw* ducere *X* verum *μ* 10. dicitis *A*: digis *T*: dicit *G*

XLII. Ad Apollinem *X*. 1. sic marinis *Scaliger*: sic murinis *Galswα*, „*vetustissimi codices*,“ *nominatim* „*antiquissimus*,“ *Domitii et margo h*: sic murinus *XAC*: sic Myrinis *O*𝔛: semurinis *bh*𝔓, „*recentiores codices depravate*“ *Domitii*, *codex Scriverii Turonensis, quo usus Turnebus*, *et margo a*: in semurinis *c*: semyrinis „*alii MSS.*“ *Scriverii*: semuranis *μκ et* „*editio princ.*“ *Scriverii*: remurinis *mzφ et margo c* 2. cicnis *O* 3. sic tibi] sibi *b* servant *P*

Nec Delphis tua mentiatur ulli,
Sic Palatia te colant amentque:
Bis senos cito me rogante fasces
Det Stellae bonus annuatque Caesar.
Felix tunc ego debitorque voti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuvencum.
Nata est hostia, Phoebe; quid moraris?

## XLIII.

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone
Mitigat exiguo magnus in aere deus,
Quaeque tulit, spectat resupino sidera vultu,
Cuius laeva calet robore, dextra mero:
Non est fama recens nec nostri gloria caeli;
Nobile Lysippi munus opusque vides.
Hoc habuit numen Pellaei mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe iacet.
Hunc puer ad Libycas iuraverat Hannibal aras;
Iusserat hic Sullam ponere regna trucem.
Offensus variae tumidis terroribus aulae
Privatos gaudet nunc habitare lares.
Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis esse deus.

---

6. Bis-senos cito te rogante    XLIII, 5. coeli, 10. Syllam

---

4. metiatur *s*: mentulatur *XA et pr.G*  illi *μx*  6. me] te *Pbchmpz*  faces *XAG*  7. bonos *z*  8. ego tunc *s*  9. tibi] mihi *s*  rusticus *z*  10. vivencum *φ*  11. Vota *Heinsius.*  qui *XAG*

XLIII. De Lisipi munere *X.*  2. ere *l:* orbe *p*  3. Quaque tulit *s*: Quique tulit *bc*: Quae tulerit *lp*  supino *l*  4. cadet *l*  5. glori caeli *X:* gloria saecli *var. lect. h*  6. Lysippe *P*  7. Non habuit *l*  Pelaei *X*: Pelei *Gx*: Pedei *b*  8. per domite *G*: perdomita *bzφ*: pro domito *aw*: pro domita *e*  victor] tutor *s*  urbe *XACGbczφ et corr.a*  9. intraverat *h*: vitiaverat *b*  Annibal *μx*: Hannibas *G*  arcas *b*  10. Syllam *Oφμxa*: Sillam *Xb*: Syllas *P*  11. Offensum *XACG*  timidis *lφ*  12. Privatus *AG*: Priviacus *XC*  13. Usque *P*  Malorchi *z*: Molerchi *s*  14. Vindicis] vincis *AG*: voreis *XC*: vindices *P*

## XLIV.

Alciden modo Vindicem rogabam
Esset cuius opus laborque felix.
Risit, nam solet hoc, levique nutu
„Graece numquid“ ait „poeta, nescis?
Inscripta est basis indicatque nomen.“
*Λυσίππου* lego, Phidiae putavi.

## XLV.

Miles Hyperboreos modo, Marcelline, triones
Et Getico tuleras sidera pigra polo:
Ecce Promethei rupes et fabula montis
Quam prope sunt oculis, nunc adeunda, tuis!
Videris immensis cum conclamata querelis
Saxa senis, dices „Durior ipse fuit.“
Et licet haec addas: „Potuit qui talia ferre,
Humanum merito finxerat ille genus.“

## XLVI.

Gellius aedificat semper: modo limina ponit,
Nunc foribus claves aptat emitque seras;

---

XLIV, 1. Alcides 3. Prometheae XLV, 2. Et Getici tuleris — poli, 7. hoc addas:

---

XLIV. De opere Lisipi *X*. 1. Alcidem *XAGbhwφμ*: Alcides *O et Lipsius*. Indicem *codex Petavii*: Vindicis *Pzλμκα* 2. Cesset *XA*: Cessat *G* 3. nam] non *lz* hic *c*: *om. C* lenique *b*: levi *l* 4. ais *AGφ* o poeta *Oμκ* 5. Inscribita est bas vindicatque *X* 6. *Λυσίππου α*: Lisippu *λ*: Lysippum *vel* Lisippum *reliqui*. putavit *X*

XLV. Ad Marcellinum *X*. 1. Viles *p* Lyperboreos *φ* 2. Getico (Getica *XAC*) — polo *XACG𝔄*: Getici — poli *reliqui*. tuleris *λμα et corr.h*: tulerit *κ*: tuleras *reliqui cum 𝔓m et Arondelliano*: toleras *Gruterus*. 3. Promethe *O*: Prometheae *Pμκα* rupes] turpes *pr.P* 4. sint *X* 5. conclamate *C*: commodata *c*: conclamare *XOmw et pr.a* 6. ipse *XAGl𝔓*: ille *reliqui*. 7. Ilicet *Oμ*: Illicet *abchlpswφ* haec *XAPabhpw*: hoc *reliqui*. addat *w* Potuitque *X*: Potuit quae *AG*

XLVI. De Gellio *X*. 1. Selius 𝔅

Nunc has, nunc illas mutat reficitque fenestras.
Dum tantum aedificet, quidlibet ille facit,
Oranti nummos ut dicere possit amico
Unum illud verbum Gellius „Aedifico.“

## XLVII.

Democritos, Zenonas inexplicitosque Platonas
Quidquid et hirsutis squalet imaginibus,
Sic quasi Pythagorae loqueris successor et heres,
Praependet sane nec tibi barba minor.
Sed quod et hircosis serum est et turpe pilosis,
In molli rigidam clune libenter habes.
Tu, qui sectarum causas et pondera nosti,
Dic mihi, percidi, Pannice, dogma quod est?

## XLVIII.

Heredem cum me partis tibi, Garrice, quartae
Per tua iurares sacra caputque tuum,

---

XLVII, 2. squallet 4. Praependet mento 6. rigidum XLVIII, 1 *et* 11. Gallice

---

3. nunc has illas nunc illas *X* mutat *om. XA:* reficit mutatve 𝔓: frangit reficitque 𝔄 4. tantum *XACbclmp*𝔅𝔓 (? tamen *P*): tamen *reliqui.* quodlibet *hl* 5. ut] et *z*

XLVII. * Ad Panicum *T*: Ad Pannicum *X.* 1. Democrinos *A*: Nemocritos *G* Xenonas *T* 2. Quisquis *P* squallet *Oφ*: qualet *s*: quales *X* 4. Praependet sane *T*: Prendet sane (*cum spatio vacuo*) *P*: Propendet sane *z*: Praependet tamen *XA*𝔅*:* Praependetque tamen *CGbchlpsw*: Propendetque tamen *φ*: Dependet sane *Vaticanus Heinsii*: Propendetque minor — tamen *Vaticanus antiquissimus Heinsii:* Perpendet mento *Oλ*: Praependet mento *μκα*: Praependet meta *Vossius in Melam I*, 9.: Propendet Samia *Heinsius in Claudian. Cons. Manl.* 157. nec] non *l* 5. Sed quid *μκα* serum et *μκ*: serum est et *om. XA:* est et *om. G;* saevumque turpe *Gryphianae:* turpe est et *C*: serum est et *reliqui cum* 𝔄𝔓*m.* 6. In melli *G:* In mobili 𝔅*:* Immobili *hp* rigidam *TXAGP*𝔅: rigidum *reliqui.* 7. [*In ahs novum Epigr.* „Ad Pannichum.“] septarum *b* 8. percidi Pannice] de panniche *AG*: de pannide *X*: Dic mihi dic quaeso Panniche *Cabchmswzφ* praecidi *hlμκα* dogma quod est *TXAGbcλμκα:* dogma facit *hl*𝔓: dogma quid est *reliqui.*

XLVIII. * De Garrico *XA:* Ad Carricum *T.* 1. Garrice *TP*: Gallige *b*: Gallice *reliqui. Sed vide lemma.*

Credidimus, — quis enim damnet sua vota libenter? —
Et spem muneribus fovimus usque datis;
Inter quae rari Laurentem ponderis aprum
Misimus; Aetola de Calydone putes.
At tu continuo populumque patresque vocasti;
Ructat adhuc aprum callida Roma meum.
Ipse ego, — quis credat? — conviva nec ultimus haesi,
Sed nec costa data est caudave missa mihi.
De quadrante tuo quid sperem, Garrice? Nulla
De nostro nobis uncia venit apro.

## XLIX.

Haec est illa meis multum cantata libellis,
Quam meus edidicit lector amatque togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile vatis
Munus: in hac ibam conspiciendus eques,
Dum nova, dum nitida fulgebat splendida lana
Dumque erat auctoris nomine digna sui;
Nunc anus et tremulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niveam dicere iure tuo.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Haec toga iam non est Partheniana, mea est.

---

3. [Credo tibi—libenter *affert D.*] Credimus *φ* enim quis damnet *b:* damnet quis enim *Ph* 4. usque] ipse *pr.b* 5. Inter quam *corr.h:* Interim quae *P* 6. Aetolia *aclpw*: Aetolum 𝔓(?): et ola de, *corr.* ut ollum de, *P* de] quod *b* putas *XACG* 7. At tuo *T* populum patresque *C* rogasti *h* 8. Ruptat *T* calida *O*𝔓: candida 𝔄: pallida „*alibi repertum*“ *Scriverio coniecerunt Douza et Heinsius Adversariis p.* 479: Gallice *Scaliger.* 9. hesit *T* 10. misse *T* 11. qui sperem *μκα* Garrice *T:* Gallice *reliqui.*

XLIX. De toga a Partenio sibi donata *X.* 2. ediderit *m:* Quamque meus didicit 𝔓 3. Prae artemana *G* memoravile *X* munus Vatis *h* 4. in hac ibam] inachivam *XA*: in anchivam *G* 5. fulgebat splendida leva *G et codex Gulielmii Verisimm. III,* 7.: splendebat fulgida lana 𝔄: fulgebat ipse lana *X:* fulgebat splendida laena *Gulielmius:* candida *Salmasius.* lanix *P* 6. erit *G* nomina *XG* 8. ducere 𝔄 iussu *P* tuo *om. X:* suo *h* 9. [*Apponit D.*] nunc — nunc *G* 10. iam *om. C*

## L.

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quae brevitate placent.
Confiteor; sed tu bis senis grandia libris
Qui scribis Priami praelia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Langona vivum:
Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

## LI.

Quod semper superos invito fratre rogasti,
Hoc, Lucane, tibi contigit, ante mori.
Invidet ille tibi; Stygias nam Tullus ad undas
Optabat, quamvis sit minor, ire prior.
Tu colis Elysios, nemorisque habitator amoeni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis.
Et si iam nitidis alternus venit ab astris,
Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

## LII.

Si credis mihi, Quinte, quod mereris,
Natales, Ovidi, tuas Apriles

---

**L, 3. bis denis 6. magnus puerum LII, 1. 7. Quincte**

---

L. * Ad Gaurum poetam *T*: De Gauro *X*. 1. proba *XACG* sic *om. P* 2. placet *XA* 3. sed tu *om. XAG* [bis — scribis *om. b.*] bis (vis *G*) senis *TXACGOachlmpφ*: bis denis *reliqui.* 4. manus *s* est *T* 5. Nos facies *T*: Non facimus *A*: Nunc facimus *G* Lagona *clλκα*: Lagone *T*: Longona *w*: Lingona *XAC et codd. quidam Scriverii*: Linguona *G*: Langona *reliqui cum ,,melioribus scriptis et edit. princ.“ Scriverii, Gruterianis quattuor* (*P*) *et* 𝔅. vinum *s* 6. magnum *XAG*

LI. Ad Lucanum *X*. 3. nam (iam *P*) Tullus ad undas *Pμκα*: modo raptus ad umbras *XACGbchl*: modo raptus ad undas *Oamswzφ*𝔄. *Interpolatum ex VI*, 58, 3. 4. sit] te *Roius.* 5. Elysios *om. b*: Elysium *Roius.* 7. Et si ante nitidis *b*: Est si ante viridis *s* alternis *XACGbs*: alterius, *corr.* alternas, *a* 8. monens *b* Castor *P*

LII. Ad Quintum *X*. 1. ne moreris 𝔄 2. tuas *XAP*: tuo *C*: tuos *reliqui.* Ovidi] vidit *P* Aprilis *P*

Ut nostras amo Martias Kalendas.
Felix utraque lux diesque nobis
Signandi melioribus lapillis!
Hic vitam tribuit, sed hic amicum.
Plus dant, Quinte, mihi tuae Kalendae.

## LIII.

Natali tibi, Quinte, tuo dare parva volebam
Munera; tu prohibes: imperiosus homo es.
Parendum est monitis, fiat quod uterque volemus
Et quod utrumque iuvat: tu mihi, Quinte, dato.

## LIV.

Si mihi Picena turdus palleret oliva,
Tenderet aut nostras silva Sabina plagas;
Aut crescente levis traheretur arundine praeda
Pinguis et implicitas virga teneret aves:
Care, daret sollemne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset avus.
Nunc sturnos inopes fringillorumque querelas
Audit et arguto passere vernat ager.

---

LIII, 1. 4. Quincte 3. iubemus, LIV, 5. Cara 7. fringuillarumque

---

4. veraque *h* 5. Signanda *hp* 6. sed iic *X* 7. dant mihi Q. mihi tuae *X*: dant mihi Q. tuae *bhsw*

LIII. * Ad Quintum *TX*. 1. Natale *TX* tuo Q. dare (*om.* tibi) *XAG*: Natali dare Q. tuo *C*: tuo *om. P* 2. Munera *om. C* 3. utrumque *c* volenti *T*: iubemus *Pzφμκα*: volemus *reliqui cum* 𝔄𝔅: vovemus *Heinsius*. *An* utrique votenti?

LIV. * Ad amicum de mittendo munere *T*: *in XAG et fortasse aliis cum LIII. conflatum.* 1. Sic *G* Piscena *z* Picenatur palleret *XAG* 2. silvas *X* Savina *XG* 3. crescante *μ* levis *TCObchmzφ*𝔓: velis *XAG*: vadis *alswμκα* 4. inlicitas *G* 5. Care *Tλ*: Clara 𝔄: Cara *reliqui*. sollemnati cognatio *T*: sollemne mihi *XGampsw*𝔄 cognitio *b* cunus *z* 6. vobis *μ* haec prior esset *A*: hoc prior esset *G*: haec frater esset *X* 7. in opem *XAG* fringillorumque *TXACGahlpw*: terigilonumque *s*: frigido fringuillarumque *b*: fringillarumque *reliqui*. 8. auguto *G* pascere *s*: passer *G*

Inde salutatus picae respondet arator,
Hinc prope summa rapax milvus ad astra volat.
Mittimus ergo tibi parvae munuscula chortis,
Qualia si recipis, saepe propinquus eris.

## LV.

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum Stellae turdos, dum tibi, Flacce, paro,
Succurrit nobis ingens onerosaque turba,
In qua se primum quisque meumque putat.
Demeruisse duos votum est; offendere plures
Vix tutum; multis mittere dona grave est.
Qua possum sola veniam ratione merebor:
Nec Stellae turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

## LVI.

Spendophorus Libycas domini petit armiger urbes:
Quae puero dones tela, Cupido, para;
Illa quibus iuvenes figis mollesque puellas:
Sit tamen in tenera laevis et hasta manu.
Loricam clypeumque tibi galeamque remitto;
Tutus ut invadat praelia, nudus eat.
Non iaculo, non ense fuit laesusve sagitta,
Casside dum liber Parthenopaeus erat,

---

**9. respondit  10. in astra  11. cortis,**

---

9. Insalutatus *P* respondit *T* 10. Hunc 𝔄 suma *T* ad astra *TXACGl𝔅*: in astra *reliqui cum P.* 11. parva *T* chortis *XACGφ*: cohortis *Pz*: dolis *l*: cortis *reliqui.* 12. recipis saepropinquus *T*: recipis se propinquus *XG*

LV. * Ad Flaccum *TX.* 2. Stillae *T* 3. Surgit *m*: Occurrit *φ* 4. quis ineumque *b* 5. deos *X* notum *w* 6. tantum *z* 7. Qua posum grave sola *T*: Qui possum *X* 8. Stillae *T*

LVI. De Splendophoro *O*: *in XACG cum LV. conflatum.* 1. Spendophorus *as et Scriverius*: Spendophoros *G*: Splendophoros *AO*: Splendoforus *Pbwφ*: Splendophorus *reliqui.* urbis *AP* 2. puerae *X* tella, *pr.* stella, *P* 3. molesque *X* 4. interea lenis *s*: levas *G* 5. galleamque *φ* 6. ut] et *G* 7. Non (Nunc *G*) iaculo, non (nunc *G*) hasta (asta *X*) fuit *XAClsw𝔅*: Non iaculis hasta ve fuit *O* 8. Callide *G* cum *h𝔅*: tum *AG* Partonopeus *AGs*: Parthenopeius *hμx*

Quisquis ab hoc fuerit fixus, morietur amore.
O felix, si quem tam bona fata manent!
Dum puer es, redeas, dum vultu lubricus, et te
Non Libye faciat, sed tua Roma virum.

## LVII.

Nil est tritius Hedyli lacernis:
Non ansae veterum Corinthiorum,
Nec crus compede lubricum decenni,
Nec ruptae recutita colla mulae,
Nec quae Flaminiam secant salebrae,
Nec qui litoribus nitent lapilli,
Nec Tusca ligo vinea politus,
Nec pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri rota quassa mulionis,
Nec rasum cavea latus bisontis,
Nec dens iam senior ferocis apri.
Res una est tamen, — ipse non negabit, —
Culus tritior Hedyli lacernis.

---

**LVII, 4. Non ruptae**

---

9. ad hoc *cls*: ob hoc *O* ficus *X* moriturus *G* 10. O] Cum *G* facta *X* 11. vultu *XAG*𝔓: vultus *reliqui*, et te] ecce *XACG* 12. Nunc *G* Libyae *Aμx*: Libia *h* faciet *w*𝔛: facit *X* set *A*

LVII. * Ad Hedili de lacernis tritis *T*: De Hedili lacerna *X*. 1. Nihil *w* tricius *P*: tristius *AG* Edili *TObhφμxα* lacerna *XACG* 2. [2. 3. 4. *om. T.*] Non ause *b*: Non inanse *G* veterem *A*: ventrem *c*: ventum *b* Corintheorum *O* 3. Non crus *zφ* crux *μx*: rus *P* compedem *A* lubricus *c* decanni *X* 4. Nec ruptae *Pam*: Nec rupta *XAG*: Nec rupe *hsw*: Nec turpe *b*: Nec turpis *czφ*: Nec recutita *Cl*: Non ruptae *Oμxα* cola *X* 5. Neque *G*: Nec quem *w*: quae *om. bs* Flamineam *abpμx*: Flamminam *T* salubrae *P* 6. lectoribus *A* capilli *c*: lapillis *XAG* [7. 8. *om. T.*] 7. [*In X post versum* 3.] Nec tus (thus *Gsw*) gallico *XACGsw* ligno *c* politum *Cw* 8. Non *z* palens *φ* tribuli *l* 9. cassa *C* mullionis *T* 10. rarum *G* visontis *XACGOczφ*: insontis *Pabhsw* 11. deus *wμx*: duens *G* iam *om. C*: tam *Pbhw* saevior *abhw* 12. Res] Nec *G* negavit *XACG* 13. Edili *zφ*: Aedili *α* lacernas *b*: lacernis *s*: lacerna *C*

## LVIII.

Nympha sacri regina lacus, cui grata Sabinus
 Et mansura pio munere templa dedit,
Sic montana tuos semper colat Umbria fontes,
 Nec tua Baianas Sassina malit aquas:
Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos;
 Tu fueris Musis Pegasis unda meis.
Nympharum templis quisquis sua carmina donat,
 Quid fieri libris debeat, ipse docet.

## LIX.

In septis Mamurra diu multumque vagatus,
 Hic ubi Roma suas aurea vexat opes,
Inspexit molles pueros oculisque comedit;
 Non hos, quos primae prostituere casae,
Sed quos arcanae servant tabulata catastae
 Et quos non populus, nec mea turba videt.
Inde satur mensas et opertos exuit orbes
 Expositumque alte pingue poposcit ebur,
Et testudineum mensus quater hexaclinon
 Ingemuit citro non satis esse suo.
Consuluit nares, an olerent aera Corinthon,
 Culpavit statuas et, Polyclite, tuas

---

**LVIII, 4. Sarsina 8. monet. LIX, 10. Polyclete**

---

LVIII. Ad Nympham *X*. 1. sacris *A* Sabanus *XAG* 3. umbra *G* campos, *corr.* fontes, *h* 4. sua *Heinsius*. Baiana *s* Sassina *PXACGλ*: Sasina *Oμx*: Saxina *z*: Sarsena *a*: Sarsina *reliqui*. 5. placida *Pbhsw* 6. Pegasus *alw* unde *XG* 8. Quod *as* docet *XACGaswzφ𝔛*: monet *reliqui*.

LIX. In Mamurram *O*: *in XAC confusum cum LVIII, in G cum duobus sqq. omissum.* 1. Mamurca *a*: Mamirra *P* vagatos *P*: rogatus *pr.h* 2. aures *A* 3. Suspexit *O* oculosque *z et pr.A* 4. quos *om. P* 5. servat *XAc*: versant *Heinsius*. tribulata *X* 7. In se *P* apertos *C* 8. alte] ad te *b* 9. testiduneum *X*: testudineo *Pz*: testudineis *c* mensis *XAOobchswφ et pr.l* exaclinon *POφ alii*: exhaclinon *X* 10. Ingenuit *X*: Ingemit id *Heinsius*. cito *φ*: curo *sw* satur 𝔛 11. oleret *l* aeratorinton *s*: crachoriton *b* 12. Polyclite *dedi*: Polucite *P*: Policrete *b*: Polichrete *aw*: Polyclete *reliqui*. tuos *X*

Et turbata brevi questus crystallina vitro
Murrina signavit seposuitque decem.
Expendit veteres calathos et si qua fuerunt
Pocula Mentorea nobilitata manu,
Et virides picto gemmas numeravit in auro,
Quidquid et a nivea grandius aure sonat.
Sardonychas veros mensa quaesivit in omni
Et pretium magnis fecit iaspidibus.
Undecima lassus cum iam discederet hora,
Asse duos calices emit et ipse tulit.

## LX.

Seu tu Paestanis genita es, seu Tiburis arvis,
Seu rubuit tellus Tuscula flore tuo;
Seu Praenestino te vilica legit in horto,
Seu modo Campani gloria ruris eras:
Pulchrior ut nostro videare corona Sabino,
De Nomentano te putet esse meo.

## LXI.

In Tartessiacis domus est notissima terris,

---

**LIX, 14. Myrrhina LX, 6. pudet**

---

13. turpata *z*: curtata *Heinsius.* brui *XA*: levi *φ*: sui 𝔄 cristana *P* nitro *w*𝔓𝔅 *et Salmasius Exx. Plin. p.* 204.
14. Murrina *Pb*: Mirrina *hφ*: Myrrina *XO*: Myrrhina *reliqui.*
15. Expondit *z* 16. Mentoria *Psφ*: Metorea *z* 17. viridis *XA* puro *p* geminas *s* 18. a nivia *X*: aninea *bφ*: amnea *cl*: aranea *s*: in nivea *awμκα*: a nivea *reliqui cum* 𝔓*mλ*: a bina *Heinsius.* ore *clmsz et pr.h* 19. vero *P*: viro *XAOb et pr.h* (*corr.* vivos): Sardonychasque viro *Caclpswzφ*𝔅 mensa — in omnes 𝔓: mensa — in omnis *a*: mensas — in omni *φ*: mensas — in omnes (omnis *bsw*) *Obchlpswzμκα* 20. magis *bps* 21. lapsus *cp* descenderet *c* 22. culices *s et pr.a* ipse] asse *c*

LX. * Ad coronam *T*: in *X confusum cum LIX.* 1. Scircum (Scutum *teste Heinsio.*) puestani *T*: Seu tu Pestani *XAC* genita esse ut Tiburis *XC*: genita est in *l*: gemines seu *s* avis *T*: auris *h*: aures *XAC* 3. Penestrino *s* 4. Campanici *b* 5. Pulchriorva nostro *T*: Pulchriorve nostro *μκ* Sabino *om. T* 6. De Momentano *O*: De Numentano *s*: Seu Numentano *b* pudet *Tbchlφ et Gryphianae*: putat *XAC*: putet *reliqui cum P.*

LXI. De Platano Cordubensi *O*: *in X cum LX. conflatum.* 1. Tartesiacis *Oφμκα et corr.h*: Carthesiacis *P*: Tarpesiacis *XACbclpw et pr.h*

Qua dives placidum Corduba Baetin amat,
Vellera nativo pallent ubi flava metallo
Et linit Hesperium bractea viva pecus;
Aedibus in mediis totos amplexa penates
Stat platanus densis Caesariana comis,
Hospitis invicti posuit quam dextera felix,
Coepit et ex illa crescere virga manu.
Auctorem dominumque suum sentire videtur:
Sic viret et ramis sidera celsa petit.
Saepe sub hac madidi luserunt arbore Fauni
Terruit et tacitam fistula sera domum;
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,
Saepe sub hac latuit rustica fronde Dryas.
Atque oluere lares comissatore Lyaeo,
Crevit et effuso laetior umbra mero;
Hesternisque rubens deiecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis, o magni Caesaris arbor,
Ne metuas ferrum sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
Non Pompeianae te posuere manus.

---

**LXI, 9. dominumque nemus** *Versus hoc ordine:* **11. 14. 13. 12.** **16. latior**

---

2. placitum 𝔄 Bethyn *a*: Botin *s*: Tetin *ab*: Thetin, *marg.* Thetyn, *h*: Retin *w* 3. placeant nisi *c* tibi *asw* flava] pelle *C* 4. linet *α* brattea *XA*: bracthea *φ*: brathea *corr.h*: barthea *absw et pr.h*: barbara *var. lect. c* vina *asw* 5. et mediis *XACOabhlpswφ*: *an* c mediis? amplexa] mansura „*Vet. Cod. Vatic.*“ *Heinsii*: emensa *Heinsius.* 6. platanos *s* 7. inviti *s* 9. suum *XAOabchlmsw*𝔄 *et* „*Vet. Cod. Vatic.*“ *Heinsii*: nemus *reliqui.* videntur *pr.h* 10. et *om. XA* 11. vixerunt *b* [11. 12. 13. 14. *collocant* 𝔓 *et Arondellianus Gronovii Observatt. I*, 5. *p.* 41 *sq.*: 11. 14. 13. 12. *reliqui.*] 13 solus *PXÀabhpsw* necturnum *φ* Pana] fronde *m* 14. latuit *Pzφμxα*: placuit *reliqui.* 15. comessatore *Cbchlzφμxα*: commessatore *O*: commissatore *P* 15. 16. Utque oluere — Crevit ab adfuso *vel* effuso *Heinsius Adversariis p.* 96. lectior *s*: latior *Scaliger et Scriverius.* 17. Externisque *hsλ*: Exteriusque *aw* rubes *À* deiecta 𝔓: delecta *reliqui*: detecta *Gruterus*: defecta *vel* repleta *Heinsius Adversariis p.* 235.: desecta — coloni Quasque — rosis *Withoffius.* 18. Quasque *asw*𝔇 seras *marg. c* 19. dei *XAp* 21. Perpetuo *Xl* spectare *c*

## LXII.

Tinctis murice vestibus quod omni
Et nocte utitur et die Philaenis,
Non est ambitiosa nec superba:
Delectatur odore, non colore.

## LXIII.

Ad cenam invitant omnes te, Phoebe, cinaedi.
Mentula quem pascit, non, puto, purus homo est.

## LXIV.

Herculis in magni vultus descendere Caesar
Dignatus Latiae dat nova templa viae,
Qua Triviae nemorosa petit dum regna viator,
Octavum domina marmor ab urbe legit.
Ante colebatis votis et sanguine largo
Maiorem Alciden: nunc minor ipse colit.
Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores;
Illi securus vota minora facit.

## LXV.

Alcide, Latio nunc agnoscende tonanti,
Postquam pulchra dei Caesaris ora geris,

---

LXII, 3. non superba: LXIV, 5. colebatur — largo:

---

LXII. De Philaeni *X*. 2. et die utitur *b* Phileni *s* 3. Nunc *G* 4. odorem *P* olere non calere *X*

LXIII. Ad Phoebum *X*. 1. te omnes *Aé* omnis te *w* 2. poscit *C* nunc *G* es *b*

LXIV. De statua Domitiani *O*: *in XACbh confusum cum LXIII.* 1. vultum *hlp* discendere *s* 2. Dignatur *AG* Datiae *XAC*: Daice *G* [*Post hunc versum φ folio amisso deficit usque ad LXXI*, 6.] 3. Qua driviae *C et pr. h* regna] templa *cl* 4. Octavium *X* [*Post hunc versum novum Epigramma*, (Ad Herculem *cz* Laus Herculis *asw*, De eadem statua *Oμx*) *ordiuntur Oabchswzμx.*] 5. colebaris *o et corr. h r* celebraris votisque *ab l*; colebatur *z*𝔓 largo] lares *b* 6. Alcidem *GObhwμx* igne ipse *l*: ipsa *v*: iste *aswμxa* 7. Nunc *AGel*

LXV. Ad Herculem de eadem statua *O*: *in XACG cum LXIV. conflatum.* 1. nunc] non *m* 2. lucra di *G* ore *O* reges *XACG*: leges *sw*

Si tibi tunc isti vultus habitusque fuissent,
Cesserunt manibus cum fera monstra tuis:
Argolico famulum non te servire tyranno
Vidissent gentes saevaque regna pati,
Sed tu iussisses Eurysthea, nec tibi fallax
Portasset Nessi perfida dona Lichas.
Oetaei sine legi rogi securus adisses
Astra patris summi, quae tibi poena dedit;
Lydia nec dominae traxisses pensa superbae,
Nec Styga vidisses Tartareumque canem.
Nunc tibi Iuno favet, nunc te tua diligit Hebe;
Nunc te si videat Nympha, remittet Hylan.

## LXVI.

Uxor cum tibi sit formosa, pudica, puella,
Quo tibi natorum iura, Fabulle, trium?
Quod petis a nostro supplex dominoque deoque,
Tu dabis ipse tibi, si potes arrigere.

## LXVII.

Lascivam tota possedi nocte puellam,
Cuius nequitias vincere nemo potest.
Fessus mille modis illud puerile poposci:

---

LXVII, 2. nulla potest.

---

3. nunc *cz* vultusque *l*: cultus *Iunianae.* fuisset *XA* 4. confera *X* 6. scaevaque *l* 7. vicisses *Oz et margo a*: risisses *Roius.* Euristia *O*: Eurusthea *P*: Eurystei *Gryphianae*: Eurystheo *Gronovius.* 8. Nessi] Nesi *μκα*: nec si *XAG*: nec sic *abchsw*: manibus *lp* Licas *O* 9. Oetai *X*: Ceti *G*: Oetaeis *l*: Oetae sic sine *C* rogis *Xl*: regis *G* adesses *C* 10. poena tibi *XA* 13. Iuno] vino *X* 14. si te *X* Ylan *P*: Hylam *XAμ*: Hilam *GObhsw*

LXVI. * Ad Fabullum *TX.* 1. formonsa *T* 2. Quod *Oabsw*: Qui *T*: Quid *μκα*: Quo *cum reliquis* 𝔄𝔓. fabule torum *T* 3. Quodque petas *l* an nostro *G*: nostro (*om.* a) *Al*: averso *cz et Vossianus Burmanni in Propert. I*, 1, 8.: adverso *abmwλ et Vossianus alter.* 4. non petes arrige *G*

LXVII. * De puella luxuriosa *T*: Ad Aescilum *X.* 1. toto *X* 2. nequitiam *m* nulla potest *z*𝔓 (? nemo *P*) 3. istud *c*

Ante preces totas primaque verba dedit.
Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi:
Pollicita est nulla luxuriosa mora.
Sed mihi pura fuit; tibi non erit, Aeschyle: si vis,
Accipe et hoc munus condicione mala.

## LXVIII.

Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,
Invisum pueris virginibusque caput?
Nondum cristati rupere silentia galli:
Murmure iam saevo verberibusque tonas.
Tam grave percussis incudibus aera resultant,
Causidico medium cum faber aptat equum:
Mitior in magno clamor furit amphitheatro,
Vincenti parmae cum sua turba favet.
Vicini somnum non tota nocte rogamus:
Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.
Discipulos dimitte tuos. Vis, garrule, quantum
Accipis ut clames, accipere ut taceas?

## LXIX.

Cum futuis, Polycharme, soles in fine cacare.
Cum paedicaris, quid, Polycharme, facis?

---

**LXVIII, 6. Caussidicum medio cum faber aptat equo. 10. grave. LXIX, 1. 2. Polycarme**

---

4. ipsaque verba *hl* 5. Inproprius *X* ridens rubensque *s*: rubensque *om. P* rogavit *P*: poposci *Oabhmw* 6. luxoriosa *TX* [7. 8. *om. T.*] 7. Aescile *X* 8. et *om. XAG*: Accipere hoc *bhlm* (*teste Grutero*) *z*𝔓

LXVIII. * Ad ludi carrulum magistrum *T*: Ad garrulum *X*. 4. tam *O* scaevo *l* tonos *A*: sonas *Pbclmz* 6. Causidico medium cum faver aptat aequum *T*: Causidicum (Causadicum X) medio (medicum *s*: medico *Pbmz*) cum faber (faver *A*) aptat (aptet *abmsw*) equo (equum *ms*) *reliqui.* 7. Mitior] Et minor *O* 7. fuit *abcsw*: fit *z* 8. per armae *T*: parmam *lp et pr.h*: palmam *corr.h*: Parmae *λ* 9. Vicino *T* 10. leve est] grave est *C* grave est *TACPabchlmw*: grave *reliqui.* 11. permitte *COabcmswz*: mitte *P* vir garrule tantum *T*

LXIX. Ad Polycarmum *X*. 1. 2. Policharme *X*: Polycarme vel Policarme *reliqui. Correxi.* in fine soles Polycarme *G* 2. paedicares *AG*

## LXX.

Dixerat „o mores! o tempora!“ Tullius olim,
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas,
Cum gener atque socer diris concurreret armis
Maestaque civili caede maderet humus.
Cur nunc „o mores!“ cur nunc „o tempora!“ dicis?
Quod tibi non placeat, Caeciliane, quid est?
Nulla ducum feritas, nulla est insania ferri;
Pace frui certa laetitiaque licet.
Non nostri faciunt, tibi quod tua tempora sordent,
Sed faciunt mores, Caeciliane, tui.

## LXXI.

Massyli leo fama iugi pecorisque maritus
Lanigeri mirum qua coiere fide.
Ipse licet videas, cavea stabulantur in una
Et pariter socias carpit uterque dapes.
Nec fetu nemorum gaudent nec mitibus herbis,
Concordem satiat sed rudis agna famem.
Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles,
Ut niteant celsi lucida signa poli?

---

LXX, 6. 10. Maeciliane, 9. tua quod tibi
LXXI, 7. proditor

---

LXX. * Ad Caecilianum *TX*. 1. o — o] cum — cum *pr.G* 2. Cathelina nephas *G* 3. Cur *s* 4. maneret *T* 5. Quor non — non *w* 6. Maeciliane *P* quid est] quidem *T* 7. ducum] dum *T* 8. Pace] Parte *pr.G*: Parta *X* 9. Nunc *G* tua quod tibi *P et Iunianae.* 10. Maeciliane *P*

LXXI. * De leone et ariete *TX*. [*In P cum LXX. conflatum.*] 1. Maxilli *b* pecorique *XAl* 2. mirum qua coiere (coire *T*) fide *TOzφ𝔓 et margo Gryphii*: miram composuere fidem *codex Wassii Sallust. Index s. v.* componere: qua posuere fide (fidem *l*) *reliqui.* 3. cabea *A* tabulantur *X*: stabulentur *G*: cavea ut stabulentur *Heinsius.* 4. carpat *G*: carpis *A* 5. nemori *O* 6. sotiat *AG𝔄*: sotiant *l* agnata *pr.A* famem *Th𝔓 et corr.a*: feram *reliqui.* Concordes — feras *Heinsius.* 7. Nemoes *XCabw*: Nemeas *A*: Nemeae *zλ*: Nemeos *pr.h* potitor *Xφ*: portior *O*: proditor 𝔓: portitor *reliqui cum „plurimis MSS.“ Scriverii, codice Wassii l. c. et λ.* Elles *X* 8. niteat *bsw* celi *C*

Sidera si possent pecudesque feraeque mereri,
    Hic aries astris, hic leo dignus erat.

## LXXII.

Liber, Amyclaea frontem vittate corona,
    Qui quatis Ausonia verbera Graia manu,
Clusa mihi texto cum prandia vimine mittas,
    Cur comitata dapes nulla lagona venit?
Atqui digna tuo si nomine munera ferres,
    Scis, puto, debuerint quae mihi dona dari.

## LXXIII.

Dentibus antiquas solitus producere pelles
    Et mordere luto putre vetusque solum,
Praenestina tenes decepti rura patroni,
    In quibus indignor si tibi cella fuit:
Rumpis et ardenti madidus crystalla Falerno
    Et pruris domini cum Ganymede tui.
At me litterulas stulti docuere parentes:
    Quid cum grammaticis rhetoribusque mihi?

---

LXXII, 2. Ausonio    4. lagena    LXXIII, 3. regna

---

9. possint, *corr.* possont, *T*   ferreque *T*   10. Hi si aries *A*   dignerat *T* („*Sed videtur fuisse supra* n *sigla litterarum* us" *Boissonadius.*)

LXXII. Ad Liberum amicum *O*: *in XAC cum LXXI. conflatum.*   1. frontemque *AG*: fronte *bmp*   viltante *bclφ et pr.h*: vittae *X*: vitante *amsw*: victante *margo a*: redimite *μxa*: vittate *reliqui cum* 𝔄𝔓 *et Arondelliano.*   2. tergora *Heinsius.*   grata *bhmswμx*   mana *z*   3. Clausa *plerique.*   testo *XGλ et pr.h*   4. lagona *XACPz*: legena *Gs*: lagena *reliqui.*   5. Atquin *XA*: At quod *bc*   6. Scis mihi debueris quae mihi dona dare *e*: debuerit — dares *b*   quam mihi *p*

LXXIII. * De sutore *TX.* [*Collatus est parisinus* 8284.] 1. Gentibus *p*   2. litto *b*   3. Penestrina *s*   decepti rura *T*: decepti regna *z*𝔓: defuncti (defuncta *X*) rura (regna *w*) *reliqui.*   4. indigenae vix modo *vel* indigno vix tibi *Heinsius*: indignum *Roius.*   sella *Gryphianae.*   5. ardente *XACG*   6. puris *AG*   animede *G*   7. stulti] vani *o*   8. rectoribus *X*: rethoricisque *Gs*   mihi] meis *XACGhp et pr.l*

Frange leves calamos et scinde, Thalia, libellos,
Si dare sutori calceus ista potest.

## LXXIV.

Effigiem tantum pueri pictura Camoni
Servat, et infantis parva figura manet.
Florentes nulla signavit imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

## LXXV.

Non silice duro structilive caemento,
Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:
Sed strage nemorum pineaque compage,
Ut navigare Tucca balneo possit.
Idem beatas lautus extruit thermas
De marmore omni, quod Carystos invenit,
Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit
Et quod virenti fonte lavit Eurotas.
Sed ligna desunt: subice balneum thermis.

---

LXXIV, 1. prima LXXV, 8. Synas misit

---

9. leves] miser *zφ* 10. Fidare sutori *T*: Si dare sutoris *G*: Sitaresutor *X*: Si dare quae sutor 𝔄 illa *parisinus* 8284.

LXXIV. * De Camone puero *X*: *nullum lemma T*, *in quo tamen teste Heinsio*: De Gamonio puero. 1. pueri tantum *POμκα* Camomi *Oa*: Gamoni *T*: Camonis *C* 2. prima *Pzμκα*: parna *O*: parva *reliqui cum* 𝔄 *et Arondelliano. Vide LXXVI*, 2. manet] manus *T*, *quod probabat Heinsius in Ovid. Heroidd. IX*, 86., infantes — manus *malebat Adversariis p.* 76. 4. pater] puer *b*

LXXV. De balneo Tuccae *X*. 1. silici *XACG*: scilice *P* structulive *Xμκ*: structa livi *A*: strictum vili *G* 2. Non *c* excocto *O*: octo *s* Semyramis *O*: Sameramis *XA*: quod amera ramis longum *G* 3. auxit *s* facit *Oaw* 4. strago *X* 5. balneum *C* posset *h* 6. beatus *h* 7. Charistos *Pφ*: caritas *s*: Carystos e venis *vel* Carystides venae *Heinsius Adversariis p.* 365. 8. Frigia *Xb* Symnas *φ*: Sinnas *O*: sumas 𝔅: Sinas *λ*: sive *abchswμκ*: Synnas *reliqui cum* 𝔄. Novias *b*𝔅 *et pr.h* amittit *G*: misit *P* 9. virente *XC* fronte *b*𝔅*λ* Euroras *P*: Erotas *XG* 10. Si *Gp*𝔄 digna *φ* desiunt *X* subiice *bzφμκα*: subice *cum reliquis* 𝔓.

## LXXVI.

Haec sunt illa mei quae cernitis ora Camoni,
    Haec pueri facies primaque forma fuit.
Creverat hic vultus bis denis fortior annis
    Gaudebatque suas pingere barba genas,
Et libata semel summos modo purpura cultros
    Sparserat. Invidit de tribus una soror
Et festinatis incidit stamina pensis,
    Absentemque patri rettulit urna rogum.
Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,
    Haec erit in chartis maior imago meis.

## LXXVII.

Quod optimum sit disputat convivium
    Facunda Prisci pagina,
Et multa dulci, multa sublimi refert,
    Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quaeritis convivium?
    In quo choraules non erit.

## LXXVIII.

Funera post septem nupsit tibi Galla virorum,
    Picentine: sequi vult, puto, Galla viros.

---

**LXXVII, 6. In qnod — venit.**

---

LXXVI. De Camonio *X*. 1. Camomi *Oa* 2. formaque prima *c*: trimaque forma *Heinsius*. 4. tingere *s*: cingere *Pabh mwzφ* baba *G* gena *b* 5. sumos *P* eultus *abhlswzφμκα*: vultus *c*: cultros 𝔓 *cum reliquis*. Delibata — Raserat *Heinsius in Ovid. Amorr. III*, 15, 2. 6. e tribus *l* 8. vina *b* 9. Sed ne (non *λ*) sublatum puerum *Oabchmpswλ𝔅 et corr.l* 10. erat *G*

LXXVII. Quale velit esse convivium *X*. 2. Facundi **p** *et pr.h* prisca *XACGabclpswφ et pr.h* fabula, *corr.* pagina, *z* 3. Quod *c* multi *XA* dulcius *l*: dici *μκ* et multa *b* sublimi] facundo *c* 4. Et cuncta *c*: Et multa *φ* 5. optimus *X* quaerit *s* 6. In quo *XACGzφ𝔄 et codices Scriverii*: In quod *reliqui cum P.* coraules *O aliique*: curuales *b* non erit *CPzφ𝔄 et codices Scriverii*: noverit *XA*: noveritis *G*: non venit *reliqui*.

LXXVIII. Ad Plicentinum de Gallia *X*. 1. Munera *C* nupsisti *XCGabclsw*: nubsisti *A* 2. viris *l*

## LXXIX.

Oderat ante ducum famulos turbamque priorem
Et Palatinum Roma supercilium;
At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum est,
Ut sit cuique suae cura secunda domus.
Tam placidae mentes, tanta est reverentia nostri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos — haec est aulae natura potentis —
Sed domini mores Caesarianus habet.

## LXXX.

Duxerat esuriens locupletem pauper anumque:
Uxorem pascit Gellius et futuit.

## LXXXI.

Lector et auditor nostros probat, Aule, libellos,
Sed quidam exactos esse poeta negat.
Non nimium curo: nam cenae fercula nostrae
Malim convivis quam placuisse cocis.

## LXXXII.

Dixerat astrologus periturum te cito, Munna:

---

LXXIX, 1. priorum 3. tuorum, 5. vestri, LXXX, 1. 2. anumque Uxorem: LXXXI, 1. Aucte

---

LXXIX. * Ad Caesarem *TX.* 1. Opera tante *XAG* famulum *s* minorem *Oabchmswψμκα*: priorem *reliqui cum* 𝔄𝔓 *et duobus Scriverii. Vide Gronov. Diatr. I, p.* 382, *Hand.* 3. tuorum est *Pz*𝔅 *et Gryphianae:* tuorum *reliqui.* 4. quaeque *XACG* tuae *abchmswzφ* secuda *T* 5. Iam *P* mentis 𝔄 vestri 𝔄 *et* „*quidam scripti*" *Scriverii.* 6. placata *G*: pagana *XA* tatus *T*: tanta *s* [7. 8. *affert D.*] 8. domino *X* Caesaris omnis habet *G*

LXXX. De Gellio *X.* 1. exurieus *bh* pauperque *P*

LXXXI. * Ad Aulum *TX.* 1. aure *P*: Aucte *Scriverius.* libelle *t* 3. Nunc *G*: Nec *t* coro *T* [3. 4. *apponit D:* Ego cene — coquis.] 4. Mallem *Pφ*: Malo *D* coquis *Dbczφ*

LXXXII. * Ad Munam *T*: Ad Munnam *X.* 1. Munna *XACGbelmwzφ*𝔓: Munnam *T*: Numma *as*: Numa λ𝔅: Nunna 𝔄: Cinna *Oμκα*

Nec, puto, mentitus dixerat ille tibi.
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes,
Bisque tuum decies non toto tabuit anno:
Dic mihi, non hoc est, Munna, perire cito?

## LXXXIII.

Inter tanta tuae miracula, Caesar, harenae,
Quae vincit veterum munera clara ducum,
Multum oculi, sed plus aures debere fatentur
Se tibi, quod spectant qui recitare solent.

## LXXXIV.

Cum tua sacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Caesare sancta fides,
Haec ego Pieria ludebam tutus in umbra,
Ille tuae cultor notus amicitiae.
Me tibi Vindelicis Raetus narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
O quotiens veterem non inficiatus amicum
Dixisti „Meus est iste poeta, meus!“

---

**LXXXIII, 3. Multum aures, sed plus oculi LXXXIV, 5. Rhaetus**

---

2. illa *G*𝔄 mihi *Oabchlswμxα*: tibi *cum reliquis* 𝔄𝔓. 3. reliquas *P* 4. luxoriosus *T* 5. Bisque tuum decies (deciens *A*) *TAOzφλ*𝔓: Bis quae cum deiciens *X*: Bis tum deitiens *G*: Bis quoque cum decies *C*: Bis quantum decies *lp*𝔅: Bis quartum (quarto *Gryphianae.*) decies *abchswμxα* 6. nunc *G* Muna *T*: Numa *h*𝔅: Numma *s*: Nunna 𝔄: Cinna *Oμxα*: Munna *reliqui.* ue *G*

XXIII. Ad Caesarem Domitianum *X.* 2. Quae veterum tot monumenta ducum *o* 3. oculis et *X* habere *AG* 4. Sed tibi *AGh*: Si tibi *bc*: Sat tibi *l* qui spectant *AG*: spectant *XC*: vel spectant *l* solet *o*

LXXXIV. Ad Norbanum *X.* 3. Hac *Gφ et corr.A*: Hanc *pr.A* Picena *l* ludebam] volebam ludebam *P* 5. Raetus (*vel* Moesus) *Rutgersius et Heinsius*: raptas *XACG*: raptum *Oaswzφμxα*: moestus 𝔓*bchlm et „alter“ Scriverii*: Caesar *„codex notae non nimium bonae“ Scriverii*: miles *et* Moesus 𝔅: meus tum *Scriverius.* narrabit *O* at moras *X* 6. nostris *XA* architos *G* 7. O] Cum *G*

Omne tibi nostrum quod bis trieteride iuncta
Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

## LXXXV.

Languidior noster si quando est Paulus, Atili,
Non se, convivas abstinet ille suos.
Tu languore quidem subito fictoque laboras,
Sed mea porrexit sportula, Paule, pedes.

## LXXXVI.

Festinata sui gemeret quod fata Severi
Silius, Ausonio non semel ore potens,
Cum grege Pierio maestus Phoeboque querebar,
„Ipse meum flevi“ dixit Apollo „Linon:“
Respexitque suam quae stabat proxima fratri
Calliopen et ait: „Tu quoque vulnus habes.
Aspice Tarpeium Palatinumque tonantem:
Ausa nefas Lachesis laesit utrumque Iovem.“
Numina cum videas duris obnoxia fatis,
Invidia possis exonerare deos.

---

LXXXV, 1. nostri   Pau|lus Atilî,   LXXXVI, 1. cum fata

---

9. quod vis trieteride iuncta *w*: quo bis trieteride (*om.* iuncta) *XA*: quod bis trieteride lectus *C*: quod (quo *p*) b. t. plena *Gp*: quovis (quis *pr.a*) t. vincta *as*   10. lictor *A*   nunc] non *C*

LXXXV. * Ad Atilium *TXAC*: De Paulo *O*.   1. noster *TOw*𝔓, *Iunianae et Scriverii „editio princeps:“* nosti *margo h*: nostri *reliqui*.   Paule Satili *T*: a tili *O*: Attili *φ*: Atilo *l*: Altili *Gryphianae*: alti *bp* (*margo* Atili) *s et pr.h*   2. Nunc se *G*   conbibas *A*: convivis *acwλμxa*   tuos *bhlszφ*: tuis *acw*: suis *λμxa*: convivas — suos *cum reliquis* 𝔄𝔓, *duo Scriverii et eiusdem „editio princeps.“*   3. languiore *T*: langore *Oφ*   Tu languore cito *ACG*: Tu cito languorem *X*   victoque *O*   labores *ACG*   4. Si mea *μx*   Paulo *X*   pedem *Pφ*

LXXXVI. De Severo et Silio *X*.   1. si *XAC*: sibi 𝔄: sua *O*   cum] quod *XAG*𝔄: quot *C*: cum *reliqui*.   fata] fca *P*   2. potest *XACGp*   4. flevit *bs*   Linem *X*   5. fratris *AG*   6. Calliopem *G*   [*Post hunc in XACGaw novum Epigramma „De fatis.“*]   9. fati *s*

## LXXXVII.

Septem post calices Opimiani
Denso cum iaceam triente blaesus,
Affers nescio quas mihi tabellas
Et dicis „Modo liberum esse iussi
Nastam — servulus est mihi paternus —
Signa.“ Cras melius, Luperce, fiet.
Nunc signat meus annulus lagonam.

## LXXXVIII.

Cum me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.
Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
De cavea fugiat ne male pastus aper.

## LXXXIX.

Lege nimis dura convivam scribere versus
Cogis, Stella: licet scribere, nempe malos.

## XC.

Sic in gramine florido reclinis,

---

LXXXVII, 7. lagenam. LXXXIX, 1. Dum
XC, 1. floreo

---

LXXXVII. Ad Lupercum *X*. 1. Opiminiaui *P*: Opimiane *czφ*: Opiniani *bw et pr.h* 2. bleso *h*: laesus *Salmasius et Wakefieldius in Lucret. III*, 222. 3. Aufers *abcsw* 4. iûsti *Wakefieldius*. 5. Nastam *p*𝔓 *et „optimus“ Scriverii:* Nascam *Scriverii „editio princeps:“* Hastam tam *l*: Hastam *et* Zenas tam *„lego in Excerptis varr. lectt., quae amici mecum humanissime communicarunt“ Scriverius*: Zonas tam *AG*: Zonas *XCOabhsw*𝔄: Tonas *φ*: Tomas *cz*: Zenas *μκα*: Dyodorus *λ:* Zonam; servulus is mihi *Heinsius:* Modo liberum esse iussi: Zenas servulus *ante Gruterum interpungebatur.* servolus *P* patrinus *O* 6. sacra melius *XACGswφ et pr.a* fiat *AG* 7. Non *abchlmpwφ* lagonam *XACPμ*: lagenam *reliqui.*

LXXXVIII. Ad Rufum *X*. 1. Dum *OPμκα*: ( )um *φ* captare *X* mittebat *C* 2. coepisti *μκ:* desisti *XACGaw*: cepisti *reliqui cum P.* 3. captoque *X* 4. fugiam *Heinsius.* malus *pr.G*

LXXXIX. Ad Stellam *X*. 1. conviva *AG*: convivas 𝔐𝔄

XC. Ad Flaccum *X*. 1. gramineo *bs et pr.h* floreo *Pμκα:* florido *cum reliquis m*𝔄*λ.* reclivis *Oabhwφμκα*: reclinis *cum reliquis* 𝔓.

Qua gemmantibus hinc et inde rivis
Curva calculus excitatur unda,
Exclusis procul omnibus molestis,
Pertundas glaciem triente nigro,
Frontem sutilibus ruber coronis:
Sic uni tibi sit puer cinaedus
Et castissima pruriat puella:
Infamem nimio calore Cypron
Observes, moneo precorque, Flacce,
Messes area cum teret crepantes
Et fervens iuba saeviet leonis.
At tu, diva Paphi, remitte, nostris
Illaesum puerum remitte votis.
Sic Martis tibi serviant Kalendae
Et cum ture meroque victimaque
Libetur tibi candidas ad aras
Secta plurima quadra de placenta.

## XCI.

Ad cenam si me diversa vocaret in astra
    Hinc invitator Caesaris, inde Iovis,
Astra licet propius, Palatia longius essent,
    Responsa ad superos haec referenda darem:

---

12. fulvi iuba 14. iuvenem

---

2. Que *G* gemantibus *P:* germinantibus *pr.h* hic *φ* 3. Pura — incitatur *Heinsius.* 4. Exclusis *OPzφ*: Exclusus *μκα*: Exosis *XACabhlmpsw:* Exesis *G:* Exosus *c* molestiis *cz*: molestus *b et pr.h* 5. Pertundas *bmφ𝔓*, *pr.h et Florentinus Scriverii:* Perfunda *X:* Profundas *C*: Perfundis *G:* Perfundit 𝔛*:* Perfundas *reliqui.* calicem *p* trigente *A*: tridente *G* 6. subtilibus *OPabchlz* uber *XACG*: rubor *b:* nobis *φ*: niger *l* 7. Sicubi *abhmsw* scinedus *G* 8. castassima *φ* priella *G* 9. colore *z* Ciprō *G* 11. arca *b et pr.h* conteret *absw et pr.h* crepantis *P* 12. fervens *Pz et Arondellianus Gronovii Observatt. II*, 15. *p*. 262: fulvo 𝔛: fulvi *reliqui.* iuba cum saeviet *C*: iuba sevi leonis *P* iuba] uva *XAG* leoni *XAG*𝔛 13. Paphi diva *l*: Papire mitte *G:* diu Papyre mitte *XAC*: dira Paphi *asw*: dira Paphir nostris *b* 14. pueris *w*: iuvenem *Pcμκα*: puerum *cum reliquis* 𝔛. votis] notis *w et pr.a*: nostrum *s* 15. Marcis *X* 17. Liberturque *l* sibi *s*

XCI. Ad Caesarem *X.* 1. in *om. l* 4. reverenda *bcsw*

„Quaerite qui malit fieri conviva tonantis:
Me meus in terris Iuppiter, ecce, tenet.“

## XCII.

Quae mala sunt domini, quae servi commoda nescis,
Condyle, qui servum te gemis esse diu.
Dat tibi securos vilis tegeticula somnos,
Pervigil in pluma Gaïus, ecce, iacet.
Gaïus a prima tremebundus luce salutat
Tot dominos, at tu, Condyle, nec dominum.
„Quod debes, Gaï, redde“ inquit Phoebus et illinc
Cinnamus: hoc dicit, Condyle, nemo tibi.
Tortorem metuis? podagra cheragraque secatur
Gaïus et mallet verbera mille pati.
Quod nec mane vomis, nec cunnum, Condyle, lingis,
Non mavis, quam ter Gaïus esse tuus?

## XCIII.

Addere quid cessas, puer, immortale Falernum?
Quadrantem duplica de seniore cado.

---

**XCII, 1. sint 4. 10. 12. Caius 7. Cai**

---

XCII. * Ad Condulum servum *T*: Ad Condilum de Gaio *X*. 1. sint *Oabmsw𝔓* nescis] nefas *s*: quaeris *codex Pulmanni*. 2. quae servum *A*: conservum *X*: cum servum *codex Pulmanni*: nam servum *c* 3. securies *G* vilis tegeticula *Pzφμx*, *tres Gruteri et Scriverii „optimus codex cum editione principe:“* vilisque getulicas oninos *T*: vilis teticula *A*: viris teticula *X*: villis reticula *G*: vilis geticula *C*: vilis lecticula *Ohλα et Veneta* 1485.: vilis gesticula *abcmsw et „membranae“ Scriverii*. 4. 10. 12. Gaius *TXAP* (*ubique*) *b et corr. C*: Glaius *G*: Caius *reliqui*. 5. Gaius *TXPb*: Caius *reliqui*. iam prima *G* 6. nec dominum] nemo tibi *AG*, *qui om. versus* 7. 8. 7. Quid *s*: Quot *p* Gaio *T* inquid *TO*: hinc *c* 8. hoc vicit *X* 9. Tortores *aswzφ* chiragraque *GObhswφ*: cerograque *P* 11. mane] ille *XG*: illa *A*: *om. w*: villa 𝔛: fella *„Douzae et alius quidam codex“ Scriverii et Gruteri Viennensis*: vina *Scriverius*. vomes nec non faū condile (*„i. e.* favum?“ *Boissonadius. Ego* non fandum *scribere voluisse librarium puto.*) *T* connum *G* 12. Non maius *T*: Nunc maius *G*: Num satius *Heinsius*. ter] terra *T*

XCIII. Ad Calocisum 𝔛: Ad Calacisum *X*. 1. quis *X* 2. cadu *A*: tuli *XC*

Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calocisse, deorum
Sex iubeo cyathos fundere? Caesar erit.
Sutilis aptetur decies rosa crinibus, ut sit
Qui posuit sacrae nobile gentis opus.
Nunc bis quina mihi da basia, fiat ut illud
Nomen, ab Odrysio quod deus orbe tulit.

## XCIV.

Sardonica medicata dedit mihi pocula virga:
Os hominis! mulsum me rogat Hippocrates.
Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce, fuisti,
Chalcea donanti chrysia qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro?
Accipiat, sed si potat in elleboro.

## XCV.

Alphius ante fuit, coepit nunc Olphius esse,

---

XCIII, 8. Othrysio  XCIV, 1. Sardoa  4. Chrysea
XCV, 1. Alficus  Olficus

---

3. Hunc *Heinsius.* dic civis (cuius *G*) erit *XG*: dic mihi nunc quis erit *c:* dic *om. C* Calocisse *Xz et Scaliger*: Calocise 𝔛 *et* „*quidam mei*" *Scriverius:* Calacisse *ACG:* Galacisse *P et* „*quidam*" *Scriverii:* Calicisse *O*: Calatisse *reliqui*: Calathisce *Heinsius.* 4. Sed iubeo *Pω* 5. Subtilis *z* 6. nobiles *s* 7. Nunc nobis *AG* basia] pocula *margo h* 8. Odrysia *P*: Othrysio *μκα* ore *XACGabhlmpsω*

XCIV. * Ad Glaucen de Oppygrate (Hippocrate *X*) *TX.* 1. Santonica *OPzλμκα et corr.h*: Sardonica *reliqui cum* 𝔅: Sardoa *margo Iunii et Heinsius.* nigra *pr.h* 2. Hos homines *Xc:* Hos homini *l*: Ho homines *C* mulsit *XACG* Yppocrates *T:* Ypocrates *Pbh* 3. Iam *T* cupidus *XACGpsω et pr.a* 4. Chalchea *Tb*: Calchea *XOh: Χάλκεα Gryphianae.* donasti *XAGlφ* chrysia *X*: crissia *T*: crisia *G:* crisea *b*: *χρύσεα Gryphianae:* chrysea *vulgo.* quid *κ* 5. aliquid *Oals* pro munere] prere *l* poscis *bch* amare *X:* amore *AG*: avaro *c* 6. [*om. b.*] accipis *pr.*, accipit *corr.h*

XCV. * De Athnāgora *T*: De Athenegora *X.* „*Hexastichon hoc videtur dispescendum in duo Epigrammata: ut prius constet ex disticho, posterius ex tetrasticho. In Editione Principe distichon extremum* Sed puta me *desideratur* [*om.* 5. 6. *G.*]. *Et in uno meorum codicum totum Hexastichon omittitur.*" *Scriverius.* 1. Alphius *Tφ*: Alfius *P*: Alphicus *zα*: Alphitus *O*: Alpicus *abhμκ*: Alpicius *G:* Alpitius *X*: *de reliquis non constat.* fui, coepi *P* Olphius *Tφ*: Colphius *P*: Olphicus *hzμκ*: Olfius *b*: Olphitus *O*: Olficius *G*: Olficus *α*

Uxorem postquam duxit Athenagoras.
Nomen Athenagorae quaeris, Callistrate, verum?
Si scio, dispeream, quis sit Athenagoras.
Sed puta me verum, Callistrate, dicere nomen:
Non ego, sed vester peccat Athenagoras.

## XCVI.

Clinicus Herodes trullam subduxerat aegro:
Deprensus dixit „Stulte, quid ergo bibis?“

## XCVII.

Rumpitur invidia quidam, carissime Iuli,
Quod me Roma legit, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod turba semper in omni
Monstramur digito, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, tribuit quod Caesar uterque
Ius mihi natorum, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod rus mihi dulce sub urbe est
Parvaque in urbe domus, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod sum iucundus amicis,
Quod conviva frequens, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod amamur quodque probamur:
Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

## XCVIII.

Vindemiarum non ubique proventus

---

3—6. *novum Epigramma:* De eodem, ad Callistratum.
3. (1.) credis

---

3. quaeris *T:* credis *reliqui.* Calistrate *Oφ alii.* 4. quid sit *TCbchlsφ* : qui sit *A*: quod sit Athenagorae *Heinsius.* 5. puta *XO𝔓 et pr.A*: puto *reliqui.* ducere *h*

XCVI. De Herode *X.* 1. ergo *Gs* 2. Deprehensus *h* vivis *Pb et pr.h*

XCVII. Ad Iulium *X.* [*Exhibet codex Vindobonensis CXIII. Endlicher., saec.* X.] 1. clarissime *Xh* : karissime *Vindobonensis.* [3.4. *et* 9.10. *om.* 10., 5.6.3.4. *transponit b.*] 5. quod] quae *O* utrumque *c* 9. iocundus *XGPah Vindobonensis.* 11. quodque] quod *b* 12. Rumpatur] Rumpitur *Ab*

XCVIII. Ad Ovidium *X.* [*Om. G.*]

Cessavit, Ovidi; pluvia profuit grandis.
Centum Coranus amphoras aquae fecit.

## XCIX.

Marcus amat nostras Antonius, Attice, Musas,
Charta salutatrix si modo vera refert:
Marcus Palladiae non inficianda Tolosae
Gloria, quem genuit pacis alumna quies.
Tu qui longa potes dispendia ferre viarum,
I, liber, absentis pignus amicitiae.
Vilis eras, fateor, si te nunc mitteret emptor:
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur
Quae fluit, an pigro quae stupet unda lacu.

## C.

Denariis tribus invitas et mane togatum
Observare iubes atria, Basse, tua:
Deinde haerere tuo lateri, praecedere sellam,
Ad vetulas tecum plus minus ire decem.

---

XCIX, 4. quam  7. nunc te  9. an fonte  10. Qui fluit, an pigro cuî stupet  C, 4. Ad viduas

---

2. profluit *λα*: profuit *reliqui omnes.* „Profuit *emendate Editio princeps reliquis omnibus* profluit *praeferentibus. Iuvenuste, et contra fidem membranarum.*" *Scriverius.*  3. Corinus *A*: Corinui *X*: Corunna *C*  aquae] atque *X*

XCIX. Ad Atticum de Marco Antonio *X*.  2. Casta *X*  salutatris *G*  3. Pallidiae *A*  inficienda *XCsw*: inficiando *G*  Tolosae *OPzφλμκα et corr.h*: iocosae *cum reliquis* 𝔅.  4. gemuit *A*  patis *G*  altina *X*: amica *Oabhswμκα*: alumna *cum reliquis* 𝔓𝔅 *et bodleianus. Post hunc versum novum ordiuntur Epigramma* „Ad librum suum" *Oabchswzφμκα: conflavit cum Grutero Scriverius ex fide* 𝔓, „*optimarum membranarum suarum,*" *Arondelliani reliquorumque nostrorum cum λ.*  5. discrimina *hlp*  6. I liber et absentis *corr.h*  7. mittere tempto *vel* mittere tento *XACGabchlsw φμκα*: mitteret empto 𝔅: mitteret emptor *Oz*𝔓, *Iunii* „*vetustus codex Lutetiae*" *et duo Scriverii cum editione principe.*  8. Gande *s*  [9. 10. *affert D.*]  9. a fronte *w*: an fonte *ADG*𝔄: reserata fonte *C*  10. Qui fluit *wφμκα*: Quod fluit *D*: Quae fluit *cum reliquis P*, „*omnes scripti*" *Scriverii et margo Gryphii.*  fuit *AG*  quem stupet *μκα*: quum stupet *Gryphianae*: quae stetit *G*

C. Ad Bassum *X*.  1. Denaris *X*  rogatum *G*  2. iubas *X*  3. lateri et praecedere *l*  cellam *φ*  4. viduas *hl*𝔓

Trita quidem nobis togula est vilisque vetusque:
Denariis tamen hanc non emo, Basse, tribus.

## CI.

Appia, quam simili venerandus in Hercule Caesar
Consecrat, Ausoniae maxima fama viae,
Si cupis Alcidae cognoscere facta prioris,
Disce: Libyn domuit, aurea poma tulit;
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo,
Addidit Arcadio terga leonis apro;
Aeripedem silvis cervum, Stymphalidas astris
Abstulit, ab Stygia cum cane venit aqua;
Fecundam vetuit reparari mortibus hydram,
Hesperias Tusco lavit in amne boves.
Haec minor Alcides: maior quae gesserit, audi,
Sextus ab Albana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis Palatia regnis:
Prima suo gessit pro Iove bella puer.
Solus Iuleas cum iam retineret habenas,
Tradidit inque suo tertius orbe fuit.

---

5. vilisque putrisque: CI, 4. caraque poma 7. cervam 8. a Stygia

---

5. vilisque vetusque *bchlmpz*𝔓. *Sic Ovid. Met. VIII*, 661. *Vilisque vetusque vestis erat*: vilisque putrisque *reliqui. Confer IX*, 73, 2. 6. Denaris *X*: Denariisque *G* non *om. XAG* hanc *om. h*

CI. De virtutibus Herculis *X*. 1. qua *bc* simili] sibi *w* in *om. XAG*: ab *Caelmsw et corr.h* 3. fata *G* 4. Libym *φ*: Libim *h* raraque *z*𝔓 5. distinxit *clzx*: discindit *Iunianae*. 6. Archadio *OP* legnis *G* 7. Aeripidem *XOh*: Crispidem *b* cervum *XAGchμκα*: cervam *OPblzφλ et Gruteri tertius*: taurum *Csw*𝔇: thaure *a* Stymphalidos *szφ* astris] afris *Scriverii „editio princeps:"* undis *Oabcswzφλμκα et corr.h*: astris *reliqui cum* 𝔓, *codice Gulielmii Verisimill. III*, 7., *Thomsonii Florentino et uno Scriverii.* 8. ab Stigia *XAP*: astygia *φ*: a Stygia *reliqui.* 9. montibus *O* 11. miror *p* gesserat *cz* 12. Sexus *s* in Albana *abchlw* quae colit *h* 13. Adserut *X*: Ad se ut *AG* regnis] templis *var. lect. c* 14. sua *O* cum Iove *l* 15. Iulias *XAG* hanenas *G*: harenas *XACabhpsw et margo e* 16. ore *XACw*: hore *G*: urbe *O* 17. Cornua] Conviva *G* ter perfida *zλμκα et corr.h*: tunc perfida *P*: perfidia *XCG*: perfida *A*: ter frigida *COeφ*: perfrigida *abhw*: perfugida *s*: per cornua *l* contulit Histri *s*: condidit Histri *XACGchlm*

Cornua Sarmatici ter perfida contudit Histri,
    Sudantem Getica ter nive lavit equum.
Saepe recusatos parcus duxisse triumphos
    Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa deis, mores populo dedit, otia ferro,
    Astra suis, caelo sidera, serta Iovi.
Herculeum tantis numen non sufficit actis:
    Tarpeio deus hic commodet ora patri.

## CII.

Quadringentorum reddis mihi, Phoebe, tabellas:
    Centum da potius mutua, Phoebe, mihi.
Quaere alium, cui te tam vano munere iactes:
    Quod tibi non possum solvere, Phoebe, meum est.

## CIII.

Quae nova tam similes genuit tibi, Leda, ministros?
    Quae capta est alio nuda Lacaena cygno?
Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asillo,
    Atque in utroque nitet Tyndaris ore soror.

---

17. Istri 21. deo, mores populis CIII, 2. cycno?

---

18. Gundantem *G*: Undantem *Roius.* equum] aqua *XACGbhlp* 19. recusato *λ et Gryphianae.* parcus *O𝔓 et „membranae“ Scriverii:* percus *Scriverii „editio princeps:“* partos *XACs*: Parthos *reliqui.* 20. nomen abetulit *X:* nomen habetulit *A*: nomen habere tulit *G* 21. populo *XACGφ*: populis *reliqui.* ostia *X* 22. templa Iovi *Pbchlmp* 23. nomen *Ph* astris *XACGaw* 24. haec *Obhm*: hoc *sw*

CII. Ad Phebum *O: in XA cum CI. conflatum.* 1. mihi Phoebe] Polycarme *z* tabellis *pr.X* 3. Quare *h* iam *s* lactes *XACl* 4. Phoebe] certe *s*

CIII. * De partu Ledae *TX.* 1. Vae *z* tam siles *P:* tam silens *w* 2. alio nuda Lacaena (lacerna *X*) cygno *TXAG𝔓 et Sergius Art. Gramm. in Eichenfeld. et Endlicher. Analectt. Gramm.* p. 198. 8.: *„L. M. N. R. liquidae vocantur, quia in metro saepe deficiunt.* —: *·N· ut* „Nuda Lacena cigno.“: cygno nuda (nupta *Oκα*) Lacaena alio *reliqui cum* 𝔄. 3. Hiero *PTμκα et pr.c*: Lero *O:* Piero *λ:* puero *reliqui cum* 𝔄. Asilo *CGabchw*𝔅: Asylo *XAPlφ* 4. Atq: in troq: *T*: Aeque *Heinsius.* [5—8. *om. T.*]

Ista Therapnaeis si forma fuisset Amyclis,
Cum vicere duas dona minora deas;
Mansisses, Helene, Phrygiamque redisset in Idam
Dardanius gemino cum Ganymede Paris.

---

5. Therapnoeis *P*: Therampneis *h*: Terapneis *φ*: Theramnaeis *b*: Teramnesi *O*: per atneis *AG*: patneis *X*: patinaeis *C*: per oetheis *l*: paternesi *asw*: *om. z* fuissent *G* Amicles *w* 6. viceret *G* dona promissa *λ* 7. Mansisset *XG* Phrigidamque *w* in idem *XA*: in idan *var. lect. A*: in urbem *μκα*: in Idam *cum reliquis* 𝔄m𝔓 *et* „*MSS. plurimi*" *Burmanni in Valer. Flacc. I*, 704.

## M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER X.

### I.

Si nimius videor seraque coronide longus
    Esse liber, legito pauca: libellus ero.
Terque quaterque mihi finitur carmine parvo
    Pagina: fac tibi me quam cupis esse brevem.

### II.

Festinata prior decimi mihi cura libelli
    Elapsum manibus nunc revocavit opus.
Nota leges quaedam, sed lima rasa recenti:
    Pars nova maior erit: lector, utrique fave,

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.** —

---

**Apparatus criticus.** — *Collati sunt iidem libri qui libro nono. Nisi quod in G omnia inciderunt ab Epig. V. usque ad librum XII*, 82., *in XAClp desiderantur LVII—LXXII.*, *in iisdem et φ desunt LXXXVIII — XCI.*

I. Liber loquitur *O*: *nullum lemma X.*     1. Si minus *b*     videar 𝔛     feraque *X*     2. lecto *XAG*     4. fac tibi me quam *X* (*teste Hasio*) *s*𝔓*λ*: facta tibi me quam *A et teste Heinsio X*: facta tibi est quam *O*: facta, tibi quam *reliqui.*     esse] ipse *λ*

II. * De perpetuitate librorum *T*: Ad lectorem *X.*     [1—8. *om. T.*]     1. prior] meo *l*     3. luna *G*     4. nona *w* uterque *l*: ubique *P*

Lector, opes nostrae: quem cum mihi Roma dedisset,
„Nil tibi quod demus maius habemus" ait.
„Pigra per hunc fugies ingratae flumina Lethes
Et meliore tui parte superstes eris.
Marmora Messalae findit caprificus et audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos:
At chartis nec furta nocent et saecula prosunt,
Solaque non norunt haec monimenta mori."

## III.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et foeda linguae probra circulatricis,
Quae sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius spargit
Et vult videri nostra. Credis hoc, Prisce,

---

II, 11. nec fata nocent, ac saecula prosunt; 12. monumenta

---

5. quae cum *sφ* 6. demis *w*: detur *margo Iuntinae Lemairii et Heinsius.* 7. Nigra „*optimus*" *Scriverii*: Nigrae *margo Iuntinae Lemairii.* fugiens *XG* ingratae] nigra te *O* Laethes *A*: Lethos *z* 8. tui *om. C* 9. Messallae *XA*: Mesalle *G* fundit *abw*: scindit *m* 10. Dividuos *Heinsius.* Xispi *G* reddet *bch* 11. nec futa *X*: nec fata *Scriverius in altera editione. Burmannus in Propert. III*, 11, 63. *p.* 495. „*In variis MSS.* sed *vel* et secula prosunt, *ut legebat Passeratius in Propert. p.* 414. *Scriverius in notis ineditis, editis auctoribus*, Nec fata nocent et secula prosunt. Fata *certe in membranis antiquis. Forte legendum* Nec fata nocent nec secula desunt, *i. e. aeternum supersunt ac vivunt.*" *Confer Burmannum Secund. Anthol. Lat. I, p.* 448. et saecula prosunt *TOm* (*in margine, teste Grutero*) *z et* „*editio princeps*" *Scriverii* (at saecula *ex T non recte Beverlandus*): nec saecula praesunt *λα*: nec saecula prosunt *reliqui cum P.* 12. monimenta *XGφ*: monumenta *reliqui.*

III. De poeta malo *X.* 1. Vernaculum *b* 2. faeda *O*: pheda *X* 3. noli temptaramento *G*: noli temptata mento *P*: nolit (noli *c𝔅*) tentare mento *bclm𝔅 et pr.h*: noli eptare (teptare *corr.a*, ieptare *s*) mento *asw* 4. Vatinorum *XAabhpsw* proxineta *XACGPabchlwzφμκα*: praecincta *s* factorum *l*: fragorum *G*: fragrorum *A*: flagrorum *XCacpw𝔄 et pr.h*: vasorum *corr.h*: vitrorum *Heinsius.* 5. Poeta *om. XACG* clangularius *Pbhwφμκ*: calcularius 𝔄 6. nostrae credis haec *l*

Voce ut loquatur psittacus coturnicis
Et concupiscat esse Canus ascaules?
Procul a libellis nigra sit meis fama,
Quos rumor alba gemmeus vehit pinna.
Cur ego laborem notus esse tam prave,
Constare gratis cum silentium possit?

## IV.

Qui legis Oedipodem caligantemque Thyesten,
Colchidas et Scyllas, quid nisi monstra legis?
Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopaeus et Attis,
Quid tibi dormitor proderit Endymion?
Exutusve puer pinnis labentibus? aut qui
Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te vana iuvant miserae ludibria chartae?
Hoc lege, quod possit dicere vita „Meum est.“

---

**III, 10. pennâ. IV, 3. Atys? 5. pennis**

---

7. psitacus *OP:* spittacus *XACG* coturnici *l* 8. concupiscat qui secanus aut caulés *XACG*: concupiscat esse canus (canis *s*) aut caules *asw* 9. sit meis fama *OPzφμκα:* sit meis faxa *XACGcl*: sint meis saxa *abhsw:* sint meis fata *p*: sit meis noxa *Heinsius.* 10. rubor *XACabcw et pr.h:* rubur *l* gemmeus] gemens *O* pinna *XACGPabsw et pr.h:* penna *reliqui.* [11. *om. P.*] 12. Constare (Constrare *X*) gratis cum silentium possit *XAGOz*𝔄𝔓: Constare (Cum stare *bchlλφμκα*) gratis cum silentio possim (possit *λ et corr.h*) *Cabchlλφμκα:* Quom stare gratis cum silentium possim *w*: Cum stare gratis et silentio possim *s* tum silentium *margo Iuntinae Lemairii.*

IV. Ad Mamurram *X.* 1. Dum legis *c* Oedipoden *Pλ*: Oedi pudent *A:* Aedipodem *O* caligentemque *φ*: gallicantemque *XAGP*: gallicatemque *C* Tyesten *X*: Thiesten *O*: Thyestem *φμκ*: Thiestem *Gbh*: Chiesten *P* 2. Colcidas *X* Cyllas *X*: Syllas *Ohμκα:* Sillas *G:* Salas *s* 3. Parthonopaeus *G*: Partenepeius *X:* Parthenopeius *μκ* Attis *z*: Athis *Ghμκ*: artis *P:* Atys *φ*, *margo h et α:* Atis *reliqui.* 5. Exutusque *cl* pinnis *XACGP:* pennis *reliqui.* 6. Audit *AG:* Edit *XC* hermafroditus *P*: hermophroditus *h:* hermofroditus *bs* 7. iuvat *A:* iubent *h* 8. quae *s:* quo *margo Gryphii.* possis *CObchlswz φμκα et corr.a* dicere vita 𝔓 *et Arondellianus*; dicere (*om.* vita) *XA et pr.G*: dicere quisque 𝔄: dicere rite *l*: dicere iure *reliqui cum corr.G* est *om. h*

Non hic Centauros, non Gorgonas Harpyiasque
    Invenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores
    Nec te scire: legas Aetia Callimachi.

## V.

Quisquis stolaeve purpuraeve contemptor
Quos colere debet, laesit impio versu,
Erret per urbes pontis exul et clivi,
Interque raucos ultimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi December longus et madens bruma
Clususque fornix triste frigus extendat.
Vocet beatos clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda.
At cum supremae fila venerint horae
Diesque tardus, sentiat canum litem
Abigatque moto noxias aves panno;

---

12. *αἴτια*     V, 3. per urbem     10. Et cum

---

9. nec Gorgonas *P*  Gorganas *O*: Grigonas *G*  Arpyasque *XAC*: Apiasque, *corr.* Arpiasque, *G*: Harpiasque *O*: Arpiasque *bhs*: Harpaciasque *P*  11. Mamurca *a*: Marmura *A*  12. Nec te si relegas *G*: Nec te sacrilegi *abchlswφ*: Nec te sacrilege 𝔅 legas] iuvat *O*, *quod novit Domitius.*  Aethia *X*: Aethi *A*: Ethia *Oμxα et margo h*: Ethica *G*: *αἴτια Iunianae*: Ethea *„codex antiquus" Domitii*: etiam *P*: sextia *reliqui.*

V. * De poeta maledico *TX.*  1. Quisquis isto leve *XA* stolaeve] stolae *ahsw*  purpureque *T*  2. laedit *zφ*  3. Erret per urbes pontis exul et clivi *Scriverius*: Erret per urbis pontes exul (*om. h*) et clivi (clivos *Obhwλ*, *corr.a* [divos *pr.a*] *et Scriverii „editio princeps"*) *TOabhwλ et Scriverii „editio princeps*:" Erret per urbes pontis (pontes *φ*, potes *l*, potens *c*) exul et (exsulet *clz*) clivos *clzφ*: Erret (Esset 𝔓) per urbem pontis exul et clivi (clivis *XAC*) *XAC*𝔓: Erret per urbis pontes exulet dives *s*: Pontes per urbis erret exul et clivos *μxα*  4. raucos] ramos *P*  ultimos *Tbsw*  orgatores *C*  5. caninos *φ*: canina *P*  improbus *c*  bucas *O*: bacas *T*  [6—19. *om. T.*]  6. Illic *X*  manens *c*  7. Clususque *XAC*𝔄: Claususque *reliqui.*  fornex *ACP*: fomex *X*  frigus] funus *zφ*  8. clamittetque *φ*  9. Orciviana *Xabhwφ*: Orviciana *z*  quae *p*  in *om. XACμxα*  10. At *XACaclmpswzφ*𝔓 (? *non P*): Et *reliqui.*  venerit *l*: venerunt *w*: neverint Horae 𝔅 *et margo Iuntinae Lemairii.*  11. sentiet *z*  canus *b et corr.h*

Nec finiantur morte supplicis poenae,
Sed modo severi sectus Aeaci loris,
Nunc inquieti monte Sisyphi pressus,
Nunc inter undas garruli senis siccus
Delasset omnes fabulas poetarum:
Et cum fateri Furia iusserit verum,
Prodente clamet conscientia „Scripsi.“

## VI.

Felices, quibus urna dedit spectare coruscum
  Solibus Arctois sideribusque ducem.
Quando erit ille dies, quo campus et arbor et omnis
  Lucebit Latia culta fenestra nuru?
Quando morae dulces longusque a Caesare pulvis
  Totaque Flaminia Roma videnda via?
Quando eques et picti tunica Nilotide Mauri
  Ibitis, et populi vox erit una „Venit!“

## VII.

Nympharum pater amniumque, Rhene,
Quicunque Odrysias bibunt pruinas,
Sic semper liquidis fruaris undis,
Nec te barbara contumeliosi

---

13. simplices poenae; VII, 2. Othrysias

---

13. supplices *C*: simplices *Scriverii editio altera.* 14. septus *c* 15. inquieto *hp*: in equiti *P* 16. seni *XA* sicus *b*: siccas *pr.h* siccus senis *P* 17. Delapset *b* omnis *Pbhsw* 18. iuxerit *b*: luserit *w* 19. Pro dente *φ*: Prodet *s* clamet] tamen *l* conscia *X*: consciam *s* Scripsi *om. C*

VI. * De adventu (eventu *T*) Caesaris *TX*. 1. urna *XOPblxα*: una *reliqui.* corusco *l* 3. illa *cz* quod *bc*: quando *X teste Heinsio.* 4. Latiae *TXAC*: Locia 𝔓 nurus *Cl*: manu 𝔓 5. Quandove more duces *p*: Quando more reduces *C*: Quando more dices (*margo* dulces) *h*: Quando mora dulcis *T* mora *μκ* duces *XAl* longusque Caesare *X* longusque — pulvis *om. A* 6. Flaminea *bhφμκ*: Flamina *T*: flamma *A*, *qui* Roma — via *om.* 7. Nolotide *w*: Millotide *s*: picti tunicani Mauri *P*

VII. Ad Rhenum *X*. 1. Lympharum *h* omniumque *XACp* 2. Obrisias *aw*: Othrysias *μ* 3. frueris *α*

Calcatum rota conterat bubulci;
Sic et cornibus aureis receptis
Et Romanus eas utraque ripa:
Traianum populis suis et urbi,
Tibris te dominus rogat, remittas.

## VIII.

Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam
Nolo: anus est; vellem, si magis esset anus.

## IX.

Undenis pedibusque syllabisque
Et multo sale, nec tamen protervo,
Notus gentibus ille Martialis
Et notus populis — quid invidetis? —
Non sum Andraemone notior caballo.

## X.

Cum tu, laurigeris annum qui fascibus intras,
Mane salutator limina mille teras,
Hic ego quid faciam? quid nobis, Paule, relinquis,
Qui de plebe Numae densaque turba sumus?
Qui me respiciet, dominum regemque vocabo?
Hoc tu, sed quanto blandius! ipse facis.

---

6. aureus 8. Tybris

---

5. rosa *w* terat *h* bulbuci *w* 6. aureis *XACPbchlp𝔄*: aureus *reliqui.* receptus *bcm* 7. Romanas *X* ripi *A* 8. Traionum *b*: Troianum 𝔄 populi suis et orbis *X*: populis uis et urbi *A*: populis suis sit et orbi *l* orbi *C* 9. Tybris *O*: Thrybris *A* te] et *w* dominum *XAChlφ*

VIII. * Ad Paulam *TX.* 1. pauca *T* 2. annus *T*

IX. De se *X.* 1. pecudibusque *s* 2. Nec multo *XAC* non tamen *λ* 5. Andromede *p*: Andromade *pr.h*: Andromache *l*

X. Ad Paulum *X.* 1. fastibus *bhl𝔅*: frondibus *aswzφ* intrat *XACl𝔅* 2. salutatum *abcmszφ* 3. Dic *Heinsius.* 4. qui e plebe *l*: quid (qui *b*) ephoebe *bps𝔅* in densaque *b* 5. Quis *achlps* respicies *XACp𝔄*: respiciat *Oμκα*: respiciet *cum reliquis* 𝔓. 6. quantu *A*: quantum *XCasw* ipsa *XA*

Lecticam sellamve sequar? nec ferre recusas,
Per medium pugnas sed prior isse lutum.
Saepius assurgam recitanti carmina? tu stas
Et pariter geminas tendis in ora manus.
Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?
Dimisit nostras purpura vestra togas.

## XI.

Nil aliud loqueris, quam Thesea Pirithoumque,
Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.
Dispeream, si tu Pyladi praestare matellam
Dignus es aut porcos pascere Pirithoi.
„Donavi tamen" inquis „amico milia quinque
Et lotam" — multum —! „terque quaterque togam."
Quid, quod nil unquam Pyladi donavit Orestes:
Qui donat quamvis plurima, plura negat.

---

**X, 8. et prior ire lutum. XI, 1. 4. Perithoumque *et* Perithoi. 6. Et lotam ut multum**

---

7. [*Affert Florilegium Sangallense apud Cramerum Praefat. Scholl. Iuvenal. p.* 16.] sellamque *Oalswφμκα*: sellamve *cum reliquis Sangall.*, 𝔄𝔓*m.* nec] qua *l* recusas 𝔓: recusa *XAφ*: recuso *cum reliquis Sangall.*: recusem *Heinsius.* 8. pugnans *cswzφ*: pugnax *corr.h* sed prior isse (iste *X*) *X*: set prior isse (iste *A*) *AC*: sed prior ire *μκα*: et prior ire *cum reliquis* 𝔄𝔓*m.* 9. tu stas] tostas *A*: tostis *X*: testis 𝔄: at obstas *Heinsius.* [10. 11. *affert D.*] 10. in astra *Heinsius.* 11. Qui *D* pauper faciet *φ* clientem *CDabchlpsw*𝔅 12. Dimisi *XAC*: Divisit *Oμκα et margo h*: Dimisit *cum reliquis λ*𝔄𝔓*m.* nostros *C* vestra togas] vestratos *XA*: vestra thoros, *corr.* tuos, *C*

XI. * Ad Calliodorum *TX.* 1. Thea *A* Pirithoumque *TXA*: Pirotoumque *P*: Perithoumque *reliqui.* 2. Te putas *C* Pilladi *T*: Paladi *X* Caliodore *O*: Callidiore *X*: Palliodore *w* parum *XA* 3. Disperam *φ* te *α* Paladi *X* 4. Dignos *A*: Pignus *w* parthos *l* Pyrithoi *T*: Perethoi *O*: Perithoi *φ* 5. inquit *z* 6. lotum *μ* multum *TXACOhlp*𝔄 *et Scriverii „editio princeps:"* ut multum *reliqui cum P.* 7. Nil unquamila donabitur (donabit *A*) esse *XA*: Pylades donavit Orestae *Heinsius in Ovid. Heroidd. VIII*, 9. Horestes *O* 8. iura *A*

## XII.

Aemiliae gentes et Apollineas Vercellas,
Et Phaethontei qui petis arva Padi,
Ne vivam, nisi te, Domiti, dimitto libenter,
Grata licet sine te sit mihi nulla dies.
Sed desiderium tanti est, ut messe vel una
Urbano releves colla perusta iugo.
I precor et totos avida cute combibe soles.
O quam formosus, dum peregrinus, eris!
Et venies albis non agnoscendus amicis
Livebitque tuis pallida turba genis!
Sed via quem dederit, rapiet cito Roma colorem,
Niliaco redeas tu licet ore niger.

## XIII.

Cum cathedralicios portet tibi reda ministros

---

XII, 3. praemitto 8. Quam formosus eris, dum
9. cognoscendus XIII, 1. rheda

---

XII. Ad Domitium amicum suum *X*. 1. gentes ] montes *Heinsius*. Apollinias *φ*: Apolloneas *XA*: Apollonias *cz* Vertellas *X*: Vergellas *P* 2. Petonthei *A* quae petis *Gronovius Observatt. II*, 13. *p.* 246. 3. Nec vivam *P et Gryphianae*. Domitii *XA* dimitto 𝔓: admitto *XA*𝔄: permitto *reliqui*: praemitto *Scriverius*: permuto *Iunius*. 5. vi messe *XA*: vim esse *C*: ut nocte *zφ* 6. Urbane *XAC* reveles *A* 7. Imprecor *p*: In praecor *pr.A* totis avidae *XA* convive *XA*: choibe *C* 8. O quam formosus, dum peregrinus, eris *P et Roius*: O quam formosus eris *Arondellianus*: Quam formosus (*om.* eris) *XAh*: Quam formosus eris *reliqui*. dum peregrine redis *Heinsius*. cum peregrinus *clzλ*𝔄 9. veniet *XA* adnoscendus *A*: cognoscendus *Phμ*𝔄 10. Livebitque 𝔄: Libebitque *XA*𝔓: Libavitque *c*: Libabitque *reliqui*. tuas — genas (gennas *φ*) *Oabchlswzφμκα*: tuis — genis *cum reliquis* 𝔄𝔓. 11. Te duce (I educe *A*) quem dederis rapte (raptae *A*, rapiet 𝔄) torum (totorum *X*; totorum raptor avorum *C*; cito Roma colorem 𝔄) avorum *XAC*𝔄: Sed reduci, dederit, rapiet cito *vel* Sed dederit, reduci rapiet cito *Roius*. *An* Sed vix quem biberis? 12. orbe *czφ et margo a.*

XIII. * Ad Cottam *TC*: Ad Cottam amatorem et divitem *X*. [*In TXAPφλ XII. XX. XIII. se excipiunt.*] 1. Dum *cl* cotathedratos *T*: cathedrat alios *Pφ*: cathedras alios *pr.h*: cathedras thaios *C*: cathedras talios *b*: cathedras altus *Cl*: cathedras alius *XAaw*: catedras alvis *s*: cathedratos 𝔅 portat *TXAC* reda *TOPzφμκα*: Roma *o*: praeda *reliqui cum* 𝔅.

Et Libys in longo pulvere sudet eques,
Strataque non unas cingant triclinia Baias
Et Thetis unguento palleat uncta tuo,
Candida Setini rumpant crystalla trientes,
Dormiat in pluma nec meliore Venus:
Ad nocturna iaces fastosae limina moechae
Et madet heu! lacrimis ianua surda tuis,
Urere nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam, male sit cur tibi, Cotta? bene est.

## XIV.

Cedere de nostris nulli te dicis amicis.
Sed, sit ut hoc verum, quid, rogo, Crispe, facis?
Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti,
Non caperet nummos cum gravis arca tuos.
Quando fabae modium nobis farrisve dedisti,
Cum tua Niliacus rura colonus aret?
Quando brevis gelidae missa est toga tempore brumae?
Argenti venit quando selibra mihi?

---

**10. Tucca, XIV, 5. nobis modium**

---

2. Et bibis *s*: Et libes *T* et longo *l*: sed longo *c* sedet *TPw* equas *A*: equus *Ozφ et pr.h* 3. non una *XACasw*: non venas *l*: non vernas *p*: Nolanas *λ𝔅*: non linas *Pbchz* cingat *awφ*: tingat *XAChp*: tangant 𝔄: pingant *m*: pingat *bcl*𝔅𝔓 tibi clinia *als*: ariclinia *bc et pr.h* 4. E thicis *pr.A* uncta toro *XA*: ipsa tuo *l*: aucta tuo *Heinsius.* 5. Sedini *XC* frangant *z* 6. Venus] deus *l* 7. At *X* nucturna *O* fastosse *T*: fastus ac *XA* lumina *T* moche *A*: poethe *X* 8. manet *h* 10. male] bene 𝔅 tibi cur *h* Cotta *T*: Cocta *P*: Tucca *reliqui. Vide tamen lemma.*

XIV. * Ad Crispum *TX*. [*In T XX. XIII. XVI. XVIII. XXIII. se excipiunt.*] 2. quid (quidque *A*) puer ipse facit *XAC*: quid puer Crispe facis *l* [*Post v. 2. in bmsw novum lemma* ,,Ad Crispum.“] 3. sexterna *s* 4. Nunc aperit *l*: Hunc caper et *A* 5. fave modium nobis farrisve *T*: fabae modium farrisque (*om.* nobis) *XA*: fabae mihi modium farrisque *l*: fabae nobis modium (modum *P*) farrisve 𝔓: fabae nobis modium farrisque *reliqui.* 6. artet *A* 8. venit quando selibra mihi *Tφ*𝔓 *et margo Gryphii*: quando libra semissa mihi est *XC*: quando selibra missa venit *abmswz*: quando missa selibra mihi est (*om. c*) *reliqui.*

Nil aliud video, quo te credamus amicum,
Quam quod me coram pedere, Crispe, soles.

## XV.

Dotatae uxori cor arundine fixit acuta,
Sed dum ludit Aper: ludere novit Aper.

## XVI.

Si donare vocas promittere nec dare, Gai,
Vincam te donis muneribusque meis.
Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in arvis,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi;
Quidquid Erythraea niger invenit Indus in alga
Quidquid et in nidis unica servat avis;
Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno:
Quidquid habent omnes, accipe, quomodo das.

## XVII.

Saturnalicio Macrum fraudare tributo,
Frustra, Musa, cupis: non licet, ipse petit:
Sollemnesque iocos, nec tristia carmina poscit,
Et queritur nugas obticuisse meas.

---

XV, 2. laedere novit Aper. XVI, 1. Cai; XVII, 3. Sollenneiisque (*sic*)

---

9. quod te *bhlm𝔅 et teste Heinsio T*: quam te *w* 10. Crispe] sepe *pr.h*

XV. * De Apro *TX*. 1. uxore *O* cor *om. pr.A*: cur *P* harundine *TA* finxit *X* 2. cum *P* ludit iners *l* laedere *Iunius*.

XVI. * Ad Gaium *TX*. 1. Gai *TXb*: Galle *P*: Cai *reliqui*. 3. Calaicis *O*: Calliacis *czφ*: Gallaciis *A*: Galliacis *T*: Caldaicis *pr.h*: Gallas *X*: Caldeis *alsw𝔅*: Chaldaeis *p* fodito *A* 4. Aurea quid habeat *p* Togi *A* 5. niger *om. s* Intus *X* 6. et *om. XA* indis *P*: nitidis *A* 7. Agenorea *awλ* Tyrus *czφ* coxit *Heinsius*. aegna *XA* 8. quo modas O: quod mihi das *C*

XVII. De Macro *X*. 1. Saturnalino *s* fraudere *O*: fraudata *s* tribuno *cs* 2. petis *l* 3. Sollennisque *Oμκ* locus *P* possit *X* 4. nugas *om. P cum lacuna*. obtacuisse *XAC*: oblituisse *l*

Mensorum longis sed nunc vacat ille libellis.
Appia, quid facies, si legit ista Macer?

## XVIII.

Nec vocat ad cenam Marius, nec munera mittit,
Nec spondet, nec vult credere, sed nec habet.
Turba tamen non deest, sterilem quae curet amicum.
Eheu! quam fatuae sunt tibi, Roma, togae!

## XIX.

Nec doctum satis et parum severum,
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio, Thalia,
I perfer: brevis est labor peractae
Altum vincere tramitem Suburae.
Illic Orphea protinus videbis
Udi vertice lubricum theatri,
Mirantesque feras avemque regis,
Raptum quae Phryga pertulit tonanti.
Illic parva tui domus Pedonis

---

5. vacat ipse XIX, 8. Miranteisque

---

5. Messorum *c*: Mensarum *lp et pr.h*: Mēssorum *margo h* vocat *φ* ille *PXACbh*: ipse *reliqui*. 6. faciet *Oabclmpsφ* legit *XACabhlms*𝔓(? *non P.*): leget *reliqui*. iste *pr.w*

XVIII. * De Mario *TX*. 1. Nevocat *T*: Nec vacat *XA* 2. redere, *corr.* reddere, *T* 3. non *om. cl* dest *A* sterilemque *P*: sterelemque *T*: stirilemque *A* curret *T*: curat *κ* 4. Eheu quam fatuae sunt *XAC*𝔓: Heu (Heu heri *T teste Beverlando.*) quam fatuae sunt (sint *pr.T*) *Tl*: Heheu quam fatuae sunt *O*: Heu heu quam fatuae sunt *Arondellianus*: Heu mihi quam fatuae sunt *hp*𝔅: Hei mihi „*in marg. nostrae edit. Var. scripsit amicus in Vaticano esse*" *Lemairius*: Heu quam praefatuae sunt *abcmwzφμκ*: Heu quam perfatuae sunt *sα*

XIX. Ad aliam de Clinio *X*. 2. nimis] talia *XA* (*ex v.* 3.): tamen *z* 3. Facunda *s et pr.w* meo *al et corr.w* Plynio *O* 4. profer *hs* labor] liber *abwzφ et margo h* perapte *s* [5. 6. *invertunt XACabswμκα*𝔄 *et Scriverii* „*editio princeps:*" *rectum ordinem tenent Ochlzφ*𝔓 *et pr. palatinus alter.*] 5. Album *Az*: Alium *μκ* 6. Vidi *bclφ et var. lect. w*: Isidi *as*: Insidi *w* 8. Mirantisque *P* feram *c* avesque *l* regi *Heinsius et Gronovius.* 9. praetulit *l* 10. domus tui *P*

Caelata est aquilae minore pinna.
Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam, videto.
Totos dat tetricae dies Minervae,
Dum centum studet auribus virorum
Hoc quod saecula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Haec hora est tua, cum furit Lyaeus,
Cum regnat rosa, cum madent capilli:
Tunc me vel rigidi legant Catones.

## XX.

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,
    Pendula quod patriae visere tecta libet,
Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis
    Et praetextata cultus amicitia,
Tu facis; in terris quo non est alter Hiberis
    Dulcior et vero dignus amore magis.

---

11. penna. XX, 3. sumplicibus (*sic*) 5. Iberis

---

11. aquila *zφ* pinna *XACabhw*: pensa *p*: penna *reliqui*. [*Versus* 12—21. *apponit Plinius Epp. III*, 20.] 12. Sed nec *XP* diserta *Paw*: desertam *l* 13. Pulsae febria *A*: Puls defebria *X*: Pultes ebria *Plinii ed. Rom.* ianua *l* vide *Plinii codex Pragensis.* 14. Totas *XC* 15. studet *Plinius et OPczμκα*: vacat *reliqui cum* 𝔄𝔅*m*. 16. Hoc quod *om. C*: Hoc *A*: Hos *pr. X*: Haec quod *l et Gruterus.* posserique *XA* possunt *Xas et pr. w* 17. comparere *A* 19. Haecora *A* confurit *X*: dum furit *Oμκα et Plinii ed. Rom.*: cum fuit *Plinii codex Pragensis*: cum furit *reliqui cum* 𝔅𝔓*m*. 20. Cum regna roseum (rosaeum *A*, ros cum *C*) *XAC*: Cum regnant rosae *l*: Dum regnat rosa, dum madent *Plinii ed. Rom.*

XX. * Ad Manium amicum (suum *addit X*) *TX*. [1—6. *om. T.*] 1. (D)uxit *φ*: Dicit *μ* ad aurifferas *P*: ad auferas *X* quo me *Gryphianae.* mesalo *P*: Messalo *s*: me sale *C*· messale *X*: messala *w* oras] urse *XAC* 2. teca *s* 3. Mani dilectus] mansuetus *XA*: semper mansuetus *C*: caussa es mansuetus 𝔄: *an* Mani consuetus? Cai *Heinsius.* 4. Et praetextata cultus amicitiam *P*: Et praetexta cecilius amicitie *A*: Et praetextate viciis amicitiae *X*: Et praetextatae civis amicitiae *C*: Et pueris inita *margo Paris.* 1617. 5. in terris] incertis *abhsw*: in Celtis *O* quo *XPasκ*: quod *reliqui.* est mater *XAC* 6. Dulcius *XAC*

Tecum ego vel sicci Gaetula mapalia Poeni
Et poteram Scythicas hostis amare casas.
Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est,
In quocunque loco Roma duobus erit.

## XXI.

Scribere te quae vix intelligat ipse Modestus
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, iuvat?
Non lectore tuis opus est, sed Apolline, libris:
Iudice te maior Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: sane mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, ut sine Grammaticis.

## XXII.

Cur spleniato saepe prodeam mento
Albave pictus sana labra cerussa,
Philaeni, quaeris? basiare te nolo.

## XXIII.

Iam numerat placido felix Antonius aevo
Quindecies actas Primus Olympiadas

---

8. hospes XXI, 2. 5. Crispe, 6. et sine

---

7. vel sic et Getula *XAC* marpalia *s* 8. Non poteram *C* Scythicas] Secubas *XC*: se tibias *A* hostis *XC𝔛*: hoste *A*: hos et *T*: hospes *reliqui.* habere *var. lect. c* 9. Sit tibi *A* eadem] caelum *XAC* 10. I *ϰ* In quemcunque locum Ruma *A*: In quocunque loci *Gryphianae.*

XXI. Ad Textum *X.* 1. quaeque vix *A*: quae te vix *h* intellegat *XA* 2. Cleranus *zφ*: Caianus 𝔛 Sexte] Crispe *s*𝔓 (? *non P.*) 3. tuis] tunc *XA* 4. *Philargyrius* (*vel, si mavis, Filagrius*) *in Virgil. Eclog. IX*, 35. „*Quod obscurus fuerit, etiam Martialis ostendit in illo versu*: Iudice te melior (*sic et* „*quidam*“ *Scriverii*) Cinna Marone fuit.“ 5. Si *P* carmine *w* Crispe 𝔓 (*sic sane P.*) 6. ut sine *Pabmswzφ et* „*MS. bonae notae*“ (*h. e. Arondellianus*) *Gronovii*: et sine *reliqui.*

XXII. Ad Philenen *X.* 1. prodiam *XA* 2. Albane *P* sane *c* librae *X* cereussa *φ*: cerusa *O*: caerusca *XA* 3. Philine *XA*: Philene *abclsw*

XXIII. * De M. (*om. X*) Antonio *TX.* 2. Terdecies *zφ* actus *φ*: aetas *T*: aptas *c* Olimpiades *abw et pr.h*

Praeteritosque dies et totos respicit annos,
Nec metuit Lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux est ingrata gravisque:
Nulla fuit, cuius non meminisse velit.
Ampliat aetatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vita posse priore frui.

## XXIV.

Natales mihi Martiae Kalendae,
Lux formosior omnibus Kalendis,
Qua mittunt mihi munus et puellae,
Quinquagesima liba septimamque
Vestris addimus hanc focis acerram.
His vos, si tamen expedit, roganti
Annos addite bis precor novenos,
Ut nondum nimia piger senecta,
Sed vitae tribus areis peractis
Lucos Elysiae petam puellae.
Post hunc Nestora nec diem rogabo.

---

XXIII, 3. tutos 6. subit, XXIV, 6. (si tamen expedit roganti;) 7. „*Al.* ter" *margo.* 11. Post haec tempora nec

---

3. totos *TCsw, Iunianae et margo Gryphii:* tutus *hp*𝔅*:* tutos *reliqui:* ductos *vel* adultos *Heinsius.* respicit] numerat *s* Praeteritisque dies ex tuto respicit annis *Wakefieldius in Lucret. III*, 950. 4. Hec *φ* metui X Laethas *T:* lethos *P* proprioris *TXcl* 5. recordati *XAC* gravisve *p*𝔅 6. Nulla subit 𝔄 culus *A* [7. 8. *affert D.*] 7. Ampleat *T* tibi vir bonus, hic est *l*

XXIV. Ad Kalendas Martias de natali suo *X.* 1. Natale si mihi *A* 3. epuellae *XA:* sed puellae *bchl et margo a:* sese puellae *Csw et pr.a* 4. Quinquagensima *A* libra *Pps:* libram *cl* septimaque *μx* 5. hac *X*: hoc *A:* hos 𝔄*:* huc *Iunius.* 6. His nunc *l*: Bis vos *sw* revocanti *A*: vocanti *XC*: vocati *aw*: vocari *s* 7. ter *μxα:* bis *libri cum* 𝔄𝔓*m*, *Scriverii* „*tribus et editione principe.*" „*Alii codices habent ·XVIII· annos, alii ·XXVII·*" *Domitius.* novemus *X*: venenos *l* 8. numia *x*: nivea *c* piget *P* 9. areis *Aldina* 1517. *et margo Gryphii*: aureis *reliqui cum* 𝔄 *et Gruterianis* (*P.*) 10. Lucros *b* potam *XA* catervae *Heinsius.* 11. Post hunc Nestora *Heinsius et Gruterus:* Post hunc (hinc *pr.A*) nechora *XA*𝔓*:* Post hunc ne hora *Gruteri tertius:* Post hunc nec horas „*nos quoque invenimus in scripto*" *Gronovius:* Post hoc nec moram (mora *Salmasius*) „*quidam*

## XXV.

In matutina nuper spectatus harena
Mucius, imposuit qui sua membra focis,
Si patiens durusque tibi fortisque videtur,
Abderitanae pectora plebis habes.
Nam cum dicatur tunica praesente molesta
„Ure manum,“ plus est dicere „Non facio.“

## XXVI.

Vare, Paraetonias Latia modo vite per urbes
Nobilis et centum dux memorande viris,
At nunc, Ausonio frustra promisse Quirino,
Hospita Lagaei litoris umbra iaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
Pinguia nec maestis addere tura rogis.
Sed datur aeterno victurum carmine munus.
Numquid et hoc, fallax Nile, negare potes?

---

**XXV, 3. fortisque tibi durusque XXVI, 7. carmine nomen.**

---

*antiquus codex*“ *Domitii*: Post hoc horam ego nec diem „*alii libri*“ *Domitii*: Post haec tempora *α*: Post hunc nec horam *reliqui cum* 𝔅 *et Gruteri altero*. neque diem *z*

XXV. * De Mucio *X*: De Mutio *T*. 1. Immatutina *X* 3. durusque tibi fortisque *TPcz*: fortisque (fortis *A*) tibi durusque *reliqui*. 4. Aberitanae *T* pectore *A* 5. dicatur] mandatur *Heinsius*. molestam 𝔄 6. ducere *T* non] nunc *XAC*𝔄

XXVI. * Ad Varum extinctum (*om. X*) *TX*. 1. ( ) Vare *φ*: Care *alswλ*: Eare *p* Parethonias *OPμxα*: Per aetonias *XA*: Paretronias *hw*: Varetronias *p*: Peletronias *lz* Latia (tala *p*) modo vite *mp*𝔄*μxλ et corr.h*: lata modo vite (vita *X*) *XAz*: Latias modo rite *abcswφα et pr.h*: latis modo ire *P*: Latio modo vecte *TC*: lata modo voce *O*, *quod Domitius in Defensione a correctore procusum vellicat*: longo modo iure *l* per undas *T* 2. tenium *XA* venerando *l* 3. promisse *h*𝔓 *et Heinsius*: promississe *T*: promisi *XA*: permissa *Cs*: promissa *reliqui*. 4. Lagae *XA*: Legaei *Pabw et pr.h* laces *A* 5. potuit *o* prigentia *A*: fulgentia 𝔅 *et teste Heinsio T*. fretibus *w* 6. tura focis *T teste Heinsio*. 7. munus *XACaw* 𝔄 *et corr.m*: nomen *reliqui*. 8. fallat *b* necare *z* putes *XA*

## XXVII.

Natali, Diodore, tuo conviva senatus
Accubat, et rarus non adhibetur eques.
At tua tricenos largitur sportula nummos.
Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

## XXVIII.

Annorum nitidique sator pulcherrime mundi,
Publica quem primum vota precesque vocant,
Pervius exiguos habitabas ante penates,
Plurima qua medium Roma terebat iter.
Nunc tua Caesareis cinguntur limina donis,
Et fora tot numeras, Iane, quot ora geris.
At tu, sancte pater, tanto pro munere gratus,
Ferrea perpetua claustra tuere sera.

## XXIX.

Quam mihi mittebas Saturni tempore lancem,
Misisti dominae, Sextiliane, tuae;
Et quam donabas dictis a Marte Kalendis,
De nostra prasina est synthesis empta toga.
Iam constare tibi gratis coepere puellae:
Muneribus futuis, Sextiliane, meis.

---

**XXVII, 3. Et tua** **XXIX, 3. Calendis,**

---

XXVII. * Ad Diodorum *TX*. 1. Natale *z* Diodori *XA* suo *XAl* 3. At *Tabchlφ:* Ac *Heinsius:* Et *reliqui.* portula *X* 4. ediodore *X*

XXVIII. Ad Lanum *X*. 1. Armorum *l* 2. quae *A* vocant *XAC𝔄𝔓*: canunt *reliqui.* 3. Pervius *OPszμκα*: Praevius *reliqui.* 4. qua] que *b* tenebat *lp𝔅* 5. pinguntur *Salmasius.* 6. Et *om. P* ero geris *A*: ora genis *X* 7. tantoque *P* munera *s* 8. Ferre apertetua *XA:* Ferrea parte tua *C* fera *X*

XXIX. Ad Sextilianum *X*. 1. tibi mittebam *Heinsius.* 3. donas dictis ad Marte *P* Marce *X* 4. syndysis *zφ* 5. tibi *om. P* 6. Caeciliane *bz*

## XXX.

O temperatae dulce Formiae litus,
Vos, cum severi fugit oppidum Martis
Et inquietas fessus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis praefert.
Non ille sanctae dulce Tibur uxoris,
Nec Tusculanos Algidosve secessus,
Praeneste nec sic Antiumque miratur.
Non blanda Circe Dardanisve Caieta
Desiderantur, nec Marica nec Liris,
Nec in Lucrina lota Salmacis vena.
Hic summa leni stringitur Thetis vento;
Nec languet aequor, viva sed quies ponti
Pictam phaselon adiuvante fert aura,
Sicut puellae non amantis aestatem
Mota salubre purpura venit frigus.
Nec seta longo quaerit in mari praedam,
Sed e cubiclo lectuloque iactatam
Spectatus alte lineam trahit piscis.
Si quando Nereus sentit Aeoli regnum,
Ridet procellas tuta de suo mensa.

---

XXX, 5. Tybur 7. Antiumve 9. Lyris 17. cubili

---

XXX. De Apollinare X. 1. O temperante *PXAc*: O temperantes *l*: Io temperate *w*: Lo temperate *s*: Obtemperante *b* 3. fessis *corr.a* exuis *h* 4. iocis *XAC* 6. Algidosve] algido suae *A*: algidos *h* 7. nec siccantium quae *P* Antiumve *hμxα*: Antium *Os*: Antrum *w*: Antumique 𝔅: Antiumque *reliqui.* mirantur *abchlwφ* 8. Cirte *X* dare ianisve (Ianisve *A*) Caleta *XAC*: dare ianive (iamve *sw*) Caleta (Caieta *h*, celata *c*) *bchsw*: darelamque taieti *l*: Dardana ve Caieta *O* 9. Desideratur *zφ* Lyris *OPφ* 10. lucerna *XA* tota *X*: loca *bhpswμxα*: loto *A* Salmagis *XA* venena *X* 11. levi *Aabhwφ* 12. vina *Xbw*: una *h* vivas et *P* 13. Picton *O* phasellon *φ*: phaseon *XA* ferat *φ*: ferrat *z*: fere *pr.h*: fera *absw et corr.h* aurea *c* 14. puelae *O* agitantis *XAC*: algentis *amw* 15. Muta *XCabcw*: Multa *μxα*: Mota *cum reliquis* 𝔅𝔓*m.* 16. sueta *cz*: suetam *Cblpw*𝔅: suctam *s* longum *bc* mare praeda *XA* 17. cubiclo *Iunianae*: cubilo *pr.h*: cubili 𝔓: cubiculo *reliqui.* 18. linea *b* 20. Ridens *α*: Ridet *cum reliquis* 𝔄𝔓*m.* tuta de suo 𝔓: tuta de suae *XA*: tuta de sua *COabhlswμxα*: tutus e (et *c*) sua *czφ*

Piscina rhombum pascit et lupos vernas,
Natat ad magistrum delicata muraena;
Nomenculator mugilem citat notum
Et adesse iussi prodeunt senes mulli.
Frui sed istis quando, Roma, permittis?
Quot Formianos imputat dies annus
Negotiosis rebus urbis haerenti?
O ianitores vilicique felices!
Dominis parantur ista, serviunt vobis.

## XXXI.

Addixti servum nummis here mille ducentis,
Ut bene cenares, Calliodore, semel.
Nec bene cenasti: mullus tibi quattuor emptus
Librarum cenae pompa caputque fuit.
Exclamare libet: „Non est hic, improbe, non est
Piscis: homo est; hominem, Calliodore, comes.“

## XXXII.

Haec mihi quae colitur violis pictura rosisque,
Quos referat vultus, Caedidiane, rogas?

---

XXXI, 1. trecentis 6. voras. XXXII, 2. Caeditiane,

---

21. rumbum *Obs*: rhombos *chlzφ* lupus *XA*: lupi *C* verna *s* 22. Nitat *s* munera *Aμκ* 23. Nomenculator *OPzφλμκα*: Nomen datori *psw*𝔅: Nomenclatori *reliqui.* votum *b*: nothum *P* 24. prosiliunt *l* muli *φ*: nulli *μκ* 25. permittis *XACO hlμκα*: permittit *cum reliquis m*𝔓. 26. Quod *Xbswφμ*: Quin *h*𝔅 Formianus *s* annos *m*: annis *pr.P* 27. Negotiosus *abw*: Negotiosae *Heinsius.* 28. Ianitores *w*: vinitores *zφλμκα*: ianitores *cum reliquis codices Scriverii,* 𝔓𝔅 *et Scriverii „editio princeps.“* 29. parantur nobis sed serviunt nobis *l* nobis *csw*

XXXI. * Ad Galliodorum *T*: Ad Calliodorum *X.* 1. Addixti *Aawzφμκλ*𝔄𝔓: Addixi *T:* Addixisti *XC*: Addisti *bhα*: Abdisti *O*𝔅: Edisti *c:* Vendididisti *l:* Vendisti *s* ere *T*: aere *h* ducentis *TXACOhlμκα*: tricentis *s*: trecentis *reliqui cum* 𝔓. 2. semet *T* 3. Non *Cμ*𝔄 mulus *φ*: nullus *O* emptis *T* 4. pompa cenae *h* 5. hoc *Oaswμκα*: hic *cum reliquis* 𝔓. 6. Callidorae *φ* comes *TXAC*𝔄, *margo Gryphii et Beverlandi M*: cenes *l*: coenas *p*𝔅: voras *reliqui cum P.*

XXXII. Ad Caedicianum *X.* 1. patura *X* 2. referet *b* Caecidiane *s*𝔄: Caeciliane *Obclzφμκα*: Caediciane *cum reliquis* 𝔓. rogat *s*

Talis erat Marcus mediis Antonius annis
    Primus: in hoc iuvenem se videt ore senex.
Ars, utinam mores animumque effingere posses!
    Pulchrior in terris nulla tabella foret.

## XXXIII.

Simplicior priscis, Munati Galle, Sabinis,
    Cecropium superas qui bonitate senem,
Sic tibi consoceri claros retinere penates
    Perpetua natae det face casta Venus:
Ut tu, si viridi tinctos aerugine versus
    Forte malus livor dixerit esse meos,
Ut facis, a nobis abigas, nec stringere quenquam
    Talia contendas carmina, qui legitur.
Hunc servare modum nostri novere libelli,
    Parcere personis, dicere de vitiis.

## XXXIV.

Di tibi dent quidquid, Caesar Traiane, mereris
    Et rata perpetuo quae tribuere velint,
Qui sua restituis spoliato iura patrono;
    Libertis exul non erit ille suis.

---

5. posset! XXXIII, 7. scribere XXXIV, 3. restituit

---

3. Marchus *P et, ut videtur, φ* armis *l* 4. vidit *hp* 5. posses *Ohμκ*: possis *XACablwα*: posset *cszφ𝔓 et margo Gryphii:* possit „*ceteri*“ *Gruteri.*

XXXIII. Ad Munatium Gallum *X.* 1. Numati *aczφ*: Mumati *b:* Numaci *μκα*: Munati *reliqui cum tribus Gruteri* (*P*). Salinus *b* 3. cumsoceri *Oabswμκα*: cum soceris *h*: cum socero *clzφ*: consoceri *cum reliquis* 𝔄𝔓. 4. Perpetuam *P* castra *P* 5. si videri *A* 6. levior *b*: lector *XACOahlpsw*𝔅 dixeris *hl* 7. Ut facias a nobis *A:* Ut facias nobis *XCb*: Quod facis *Heinsius in Ovid. Pont. II*, 7, 33. stringere *XClpφ*𝔄𝔅: strinxere *A:* scribere *reliqui cum P.* 8. carmina] talia *s*

XXXIV. Ad Caesarem Traianum *X.* 1. Dii *Obhsw* quicquid Caesar Traiane *C*𝔓 (? *non P*)*:* quicquid Traiane *XA*: quicquid vel tu Traiane *l*: princeps quicquid Traiane *c*: et tu quicquid Traiane *h*: quicquid princeps Traiane *reliqui cum P: an* Di tibi, Di tibi dent? 3. Qui tua restituis *Al*: Qui taures ut vis *X:* Cui sua *Roius.* restituis] rusticius *c* iura *om. A:* quando spoliato patrono *l* [3. 4. *om. C.*] paterno *pr.c* 4. nunc erit *z*

Dignus es, ut possis totum servare clientem:
Ut — liceat tantum vera probare — potes.

## XXXV.

Omnes Sulpiciam legant puellae,
Uni quae cupiunt viro placere;
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Uni qui cupiunt placere nuptae.
Non haec Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestae;
Scyllam, Byblida nec fuisse credit,
Sed castos docet et probos amores,
Lusus, delicias facetiasque.
Cuius carmina qui bene aestimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem,
Nullam dixerit esse nequiorem.
Tales Egeriae iocos fuisse
Udo crediderim Numae sub antro.
Hac condiscipula vel hac magistra
Esses doctior et pudica, Sappho:

---

6. Et XXXV, 1. 3. 18. Sulpitiam 8. et pios amores, 11. nequiorem, 12. sanctiorem. 13. Aegeriae

---

5. tutum *m*: tortum *Scaliger in Virgil. Moret.* 32. servire *P* 6. Et *Scriverius:* Da *vel* Fac *Heinsius. Ante Scriverium interpungebatur* Ut liceat tantum; vera probare potes.

XXXV. De Sulpicia *X.* 1. legunt *l* [3. 4. Omnes — placere *om. C.*] 4. qui *om. A:* quae *b* 5. [*Om. b.*] Non hoc *X* furores *clmzφ* 6. Duri *zφ:* Dari *h* Thistee *X:* histec *A* 7. Syllam *Ohμκ:* Scyllas *Heinsius.* Hyblida *X:* libida *w* 8. doceret *A* et probos amores *l*𝔅: et probos amicos *XAC:* et pios amores *reliqui.* 10. extimarit *Ohsμκ:* existimarit *bcl:* aestimavit *pr.P:* aestimaret *C* [11. 12. *om. l: solum* 12. *om. Oμκα, solum* 11. *ACabchmpswzλφ et duo scripti Scriverii:* utrumque habent X𝔓 *et Florentinus Scriverii. Secutus sum* X, *nam* 𝔓 *et Florentinus invertunt* nequiorem *et* sanctiorem.] 11. dixerint *φ* 13. Aegregiae *A:* Egregiae *XCbcsw* locos *X* 14. Ullo *l;* Unde *abcsw* credimus 𝔅 Numae] nunode *C:* nudo de *XA:* nudo *aw* 15. Hae *A:* Haec *X* cum discipula *acwzφ*𝔅 *et corr.h:* cum disciplina *b et pr.h* vel hanc *X* 16. Esses *COsμκα*𝔓: Esset *reliqui cum „tribus Scriverii“ et m.* Sapho *P*

Sed tecum pariter simulque visam
Durus Sulpiciam Phaon amarat.
Frustra: namque ea nec tonantis uxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viveret Caleno.

## XXXVI.

Improba Massiliae quidquid fumaria cogunt,
Accipit aetatem quisquis ab igne cadus,
A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis
Per freta, per longas toxica vina vias.
Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit aut cellis Setia cara suis.
Non venias quare tam longo tempore Romam,
Haec puto causa tibi est, ne tua vina bibas.

## XXXVII.

Iuris et aequarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum,
Municipi, Materne, tuo veterique sodali
Callaïcum mandas si quid ad Oceanum,

---

18. amaret. XXXVI, 4. toxica saeva

---

17. secum *m* 18. Phaon] Pean *abclpsw𝔅 et corr.h*: Paeam *pr.h* amarat *XACabchμx*: amarit *l*: amaret *reliqui cum P.* 20. Non *Oμκα*: Nec *reliqui cum 𝔓m.* Bachi *Pφ*: Bacchis *XAC* puellae *P* 21. videret *XA*

XXXVI. * Ad Munnam *TX*: Ad Nunnam *𝔄*: Ad Numam *h.* [1—6. *om. T.*] 1. Massilum *h* quodquid *X* colunt *hlp𝔅*: condunt *margo h*: colant *Beverlandus.* 3. Ad te *cl* Mumma *a*: Nunna *𝔄*: Munda *m* tu] cum *h* 4. toxica (tosica *s*) vina vias (suas *pr.A*: suis *X*) *XACls𝔄𝔇*: toxica plena vias *Gruteri tertius*: toxica texta *margo Iuntinae Lemairii*: toxica saeva (scaeva *φ*) vias *reliqui cum P.* 5. Nec] Haec *φ* contecta *XC* 6. sit] fiat *h*: sint aucellis *XA* Setia] Seria *abcwμx*: tecta *AChp𝔅*: recta *X*: Massica *l* caria *C*: cura *X*: carina *hp𝔅* 7. venies *O* 8. tibi] tua *XA*: via *C*: *om. l*: est causa puto *𝔅* nec tua *Xb*: fetida *margo Iuntinae Lemairii.*

XXXVII. Ad Paternum iuris peritum X. [*Hoc et sequens Epigr. exhibet codex W.*] 2. viridi *pr.A* legis *c* 3. Municipii *X*: Nuncapi *s* ceterique *X* 4. Calliacum *l*: Galliacum *pr.h*: Gallicum *p* mandans *asw* ecquid *𝔅 et Heinsius*: numquid *Gruterus. Vide Gronov. Diatr. I, p.* 456. *Hand.*

An Laurentino turpes in litore ranas
    Et satius tenues ducere credis acos,
Ad sua captivum quam saxa remittere mullum,
    Visus erit libris qui minor esse tribus?
Et fatuam summa cenare pelorida mensa
    Quodque tegit levi cortice concha brevis,
Ostrea Baianis quam non liventia testis,
    Quae domino pueri non prohibente vorent?
Hic olidam clamosus ages in retia vulpem
    Mordebitque tuos sordida praeda canes.
Illic piscoso modo vix educta profundo
    Impedient lepores humida lina meos. —
Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani,
    Venator capta maele superbus adest.
Omnis ab urbano venit ad mare cena macello.
    Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.

## XXXVIII.

**O** molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua iugales

---

XXXVII, 9. fatuum  10. Quosque  12. pueri domino  18. mele  XXXVIII, 2. Sulpitia

---

5. turpis *W*: turpe sit litore *c*  6. Ad satius *Xp*: Ac satius? teneros *hlp*  cerdis *A*  acus *PW*𝔄.  7. captivos *XAC*  mulsum *O*: mulum *φ*  8. qui] si *Heinsius*.  minus *Wacswzφ*  9. fatuum *acmswzφ*𝔓  summa] musa *s*  10. Quodque *O*: Quoque *XAp*: Quosque *reliqui*.  legit *XAl*  tincta levis *pr.h*  11. Hostrea *A*  quam non] quanquam *hp*  non libentia *XPW*: non lucentia *C*: non lugentia *c*: conniventia *Heinsius*.  12. pueri domino *Scriverius*.  vocent *l*  13. Colchidam *Xp*: Cholchidam *pr.A*: Colchidicam *C*𝔅  agas *s*  volpem *W*  15. piscosio *X*  nix *l*  subducta *Heinsius*.  16. umida *XAW*  vina *h*  17. venit *PW*  portat 𝔄: porta *c*  18. capto *W*𝔓: capta *reliqui*.  maele „*vetustissimus codex membranaceus*" *Scriverii ad X*, 104, 14., *Salmasius*, *Rutgersius*, *Grotius Syllog. Epistt. II*, *p.* 386.: mele *P et corr.x*: male *W*𝔓 (?) *et liber Scriverii*: meate *XA et liber Scriverii alius*: matce *s*: marte *Oμα et pr.x*: matre *reliqui cum m*𝔅, *plerisque membranis et editione principe Scriverii.*  19. venit mea 𝔄  cena] praeda *zφ*  marcello *w*: matello *c*: macelli *XA et corr.C*: libelli *pr.C*: flagello *pr.h*  20. Gallaicum *O*: Galliacum *pr.h*: Gallicum *p*: Collaicum *w*: Colloicum *s*  mandans *h*  et quid *O*: ecquid 𝔅: num quid *Gruterus*.

XXXVIII. Ad Calenum de Sulpicia uxore *X*.

Indulsit deus et peregit annos!
O nox omnis et hora, quae notata est
Caris litoris Indici lapillis!
O quae praelia, quas utrinque pugnas
Felix lectulus et lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerotianis!
Vixisti tribus, o Calene, lustris.
Aetas haec tibi tota computatur
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos vel unam,
Malles, quam Pyliam quater senectam.

## XXXIX.

Consule te Bruto quod iuras, Lesbia, natam,
    Mentiris. Nata es, Lesbia, rege Numa:
Sic quoque mentiris. Namque, ut tua saecula narrant,
    Ficta Prometheo diceris esse luto.

## XL.

Semper cum mihi diceretur esse
Secreto mea Polla cum cinaedo,
Irrupi, Lupe. Non erat cinaedus.

---

**XXXIX, 1. quid iuras, Lesbia natam? 2. Numa! 3. saecula noris,**

---

4. quae] quot *Heinsius.* 5. litoris Indicis lapillis *Ao:* litoris Indicis et lapillis *X:* litoris et Indicis lapillis *PW:* Indicis (*om.* litoris) lapillis *C* 8. Nimbris *X* ebria] nebula *l* Nicerontianis *l*: Niceronianis *awzφ et pr.h:* Niceromanis *s* 11. solus *APW* numeros *z* amariti *A:* maritos *Heinsius.* 12. togatam *asw* 13. Adtropos *X*: Antropos *abw:* anthropos *h* Atroposve (atropisve *P*) lunam *PW*

XXXIX. * Ad Lesbiam *TX.* 1. quod *Tp:* quid *reliqui. Aliter dispunxi.* 2. Numa] mutia *b* 3. narrent *s𝔄*: narres *XAClp𝔅 et „membranae plures et meliores" Scriverii:* nam qui tua saecula narrant *P et „alii scripti" Scriverii*: noris *Schmiederus.* 4. Prometheo] metheo *P*

XL. Ad Lupum de Polla *X.* 2. Secreta *μ* meo *A* 3. Inrupe *X*

## XLI.

Mense novo Iani veterem, Proculeia, maritum
Deseris atque iubes res sibi habere suas.
Quid, rogo, quid factum est? subiti quae causa doloris?
Nil mihi respondes? Dicam ego, praetor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Milibus, ut nimium munera parca dares,
Et populare sacrum bis milia dena tulisset.
Discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

## XLII.

Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus et soles et levis aura ferat.
Celantur simili ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo quae spoliata nitent.
Fortius impressi quotiens tibi basia quinque,
Barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

## XLIII.

Septima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.
Plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.

## XLIV.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos
Et viridem Tethyn Oceanumque patrem,

---

XLI. * De Proculeia *T*: Ad Proculeiam *X*. 1. Mensam novi *T* novo] nono *w*: quidem *l* Iani] iam *A* 3. Quid rogo o inquit quid *z*: Quod rogo quod *p* 4. respondis *T* erit *l* 5. Cum statura *A*: Constiture *corr. h* Megalesis *λ* 6. Militibus *T* parta *p*: parva *T* 7. bis *om.* *XA* 8. Dissidium *Ocl et Gryphianae.*

XLII. * Ad Didymum *T*: Ad Dindymum *X*. 1. Iam *l* dubio *T* 2. Alitus *OP* sole *φ* lenis *b*: mollis *l* 3. matura *Heinsius.* Cydonea *TXb* lanea *T* 5. impensi *T* bassia *T* quinque] quid quod *Heinsius.* 6. Didyme *φ*: Didime *Tz*: Dyndime *A* fictuis *X*

XLIII. * Ad Fileron *T*: De Philerote *X*. 1. Septima amphiloros *X* Fileros *T*, *non versu altero.*

XLIV. Ad Ovidium *X*. 1. Calidonios *CObc'zμx et pr. h*: Calydonios *φ*: Calidonio *XA* visure] sure *P* 2. Tethym *hμx*: Thetin *AP*: Thetim *Obw*

Ergo Numae colles et Nomentana relinques
Otia, nec retinet rusque focusque senem?
Gaudia tu differs, at non et stamina differt
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.
Praestiteris caro — quis non hoc laudet? — amico,
Ut potior vita sit tibi sancta fides;
Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis
Teque tuas numeres inter amicitias.

## XLV.

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli,
Si quid honorificum pagina blanda sonat,
Hoc tu pingue putas et costam rodere mavis,
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas, si delectaris aceto:
Non facit ad stomachum nostra lagona tuum.

## XLVI.

Omnia vis belle, Matho, dicere. Dic aliquando
Et bene; dic neutrum; dic aliquando male.

## XLVII.

Vitam quae faciant beatiorem,

---

**XLV, 6. lagena XLVII, 1. faciunt**

---

3. Momentana *O:* Numentana *z* relinquas *XA*: relinquis *lz*𝔓 4. Otio *A* retinent *hl* [5. 6. *apponit D.*] 5. differt] differs *XAC* [*A versu 6. in XACφ novum Epigramma incipit,* ,,Ad Quintum,“ *quod tamen lemma non habet φ.*] 6. Antopos *w* scribitur] carpitur, labitur, nebitur *Heinsius.* 7. haec *c* hoc non *Ph* 8. tibi facta (facta tibi *b*) *abmsw* [9. 10. *om. s.*] 9. reddere *Oachwzλ* 10. numeras *h*

XLV. * Ad lectorem *T*: De libellis suis *X.* 1. bene *csφ:* pene *XAClp*𝔅: molle *w et corr.a* 2. blando *X* 3. Noctu *T* Hoc linguae putas *XA*: Hoc elingue putas *Chlp*𝔇: Hoc languere putas 𝔄 tostam 𝔄: quos tam *X* reddere *c* mavi *XA* 4. Illa *XA:* Illi *b* Laurenti *XA* cum tidemus *X* 6. lagona *TAPs*; lagoena *X:* lagena *reliqui.*

XLVI. Ad Mathonem *X.*

XLVII. * Ad Marcialem filium *T:* Ad Martialem de vita beatiore *X.* 1. faciant *TXAh:* faciunt *reliqui.* beatorum *T teste Heinsio:* iocundiorem *P*

Iucundissime Martialis, haec sunt:
Res non parta labore, sed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis;
Lis nunquam, toga rara, mens quieta;
Vires ingenuae, salubre corpus;
Prudens simplicitas, pares amici;
Convictus facilis, sine arte mensa;
Nox non ebria, sed soluta curis;
Non tristis torus, et tamen pudicus;
Somnus, qui faciat breves tenebras:
Quod sis, esse velis nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes.

## XLVIII.

Nunciat octavam Phariae sua turba iuvencae
    Et pilata redit iamque subitque cohors.
Temperat haec thermas, nimio prior hora vapore
    Halat et immodico sexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis?
    Septem sigma capit; sex sumus, adde Lupum.

---

XLVIII, 3. nimios — vapores

---

2. Iocundissime *TOP*: Iocondissime *φ* [3. 4. *om. T.*] 4. perhennis *P* 5. quietas *T* 7. pares — facilis *om. p* 8. Coniunctus *O* facili *C* 10. at tamen *Oabcswzφμxα et parisinus* 8284.: sed tamen *Al*: et tamen *cum reliquis* 𝔄𝔓. 12. Quid *h* sis] si *X* maius *Pczφ* 13. Summam *c*: Somnum *A* nectuas *T*

XLVIII. * De convivio suo *T*: Ad Flaccum de iucundo convivio *X*. [1—6. *om. T.*] 1. Nuntia *O* sua turum *XA*: sua cura *C*: natura *lp*𝔅 iuventae *φ* 2. Et pileata *cm et „deteriores“ Gruteri*: Atque pilata *Scaliger*. rediit *b* 1. 2. *sic legit Heinsius Adversariis p.* 474 *sq.* „Nuntiat octavam Phariae sua turba iuvencae, Et pila iam, tereti iam subit orbe (*vel* aere) trochus.“ 3. haec] hoc *absw*: hic *α* nimio — vapore *XAChlpw*𝔄 *et corr.a*: nimios — vapores *reliqui*. 4. Alat *P*: Balat *bcw et pr.h*: Ballat *s*: Hac *l* in modico *O*: in medico *P* sexte *x* 5. [*Om. C*: Nepos — Cerealis *om. p.*] Stellani cepe alis flacce *XA* Cereali *l*: Cerialis *Pb* 6. signa *Aaclsw𝔄 et pr.h*: stigma *margo a*: summa *margo h* capis *vel* addo *Roius*.

Exoneraturas ventrem mihi vilica malvas
    Attulit et varias, quas habet hortus, opes.
In quibus est lactuca sedens et tonsile porrum:
    Nec deest ructatrix mentha nec herba salax.
Secta coronabunt rutatos ova lacertos
    Et madidum thynni de sale sumen erit.
Gustus in his; una ponetur cenula mensa,
    Haedus, inhumani raptus ab ore lupi,
Et quae non egeant ferro structoris ofellae,
    Et faba fabrorum prototomique rudes.
Pullus ad haec cenisque tribus iam perna superstes
    Addetur; saturis mitia poma dabo.
De Nomentana vinum sine fine lagona,
    Quae bis Frontino consule prima fuit.
Accedunt sine felle ioci nec mane timenda
    Libertas et nil quod tacuisse velis.

---

9. et sectile porrum: 19. sine faece lagena, 20. plena fuit. 21. Accedent

---

7. Exoneraturas] Exonerat *XA*: Exonerat curas *bcsw et pr.a*: Exonerat ventrem curas *h*: Ventrem exoneraturas *l* malva *abcsw* 8. quas tulit *φ*: quas parit *vel* dabat *Heinsius*. ortus *AP* 9. est *om. T*: et *Heinsius*. sedens] recens *hp𝔅* tonsile *TXAC𝔄𝔓 et „plures" Scriverii*: sectile *reliqui*. 10. Nec deest ruptatrix *chφμx et palatinus alter tertiusque Gruteri*: [Nec deest] stupratrix *„antiquus codex" Domitii*: Nec est stupratrix *m*: Et destupratrix (destupatrix *A*) menta et (mentaque et *l*, menta nec *Cl𝔅*, mentha sed 𝔄) herba *XACl𝔄𝔅*: Nec deest ructatrix *cum reliquis 𝔓*. 11. Septa *cz, corr.a et Arondellianus Gronovii Syllog. Epistt. II, p.* 524.: Serta *b* ructatos *Cl𝔅*: ruptatos *bc*: rotatos *hsμx et pr.a „quidamque libri" Scriverii*: roratos *„quidam" Scriverii*: rutatos *cum reliquis „meliores membranae" Scriverii et P.* 12. thynni] tenni *p𝔅*: tymu *T*: tetigi *l* 13. Gustus in his *T et Scriverius*: Gastus in his *𝔓*: Parvus in his *XACOμx𝔄 et Gruteri palatinus alter et tertius*: Parvus (Panus *s*) onyx *reliqui*. 14. Haec dos *X* [15. 16. *om. T.*] 15. egeat *l𝔄* stricturis *l*: farctoris *O* ofella *XACl𝔄*: Ofellae *Heinsius*. 16. Ut *Heinsius*. prototonique *h*: prototumique *XACls et pr.a*: prototunique *b* 17. ad haec *om. l* perna] frena *XA*: parva *abchμx*: cena *lp𝔅* 18. Additur *T* 19. Numentana *T* virum *T* sine fine *T*: sine faece *reliqui*. lagona *TAP*: lagoena *Xμ*: lagena *reliqui*. 20. Qui *O* plena fuit *λ et Scriverii ambae editiones*: trima fluit *vel* fluet *Heinsius*. 21. Accedunt *T*: Accedant *hp*: Accedens *bs*: Accedent *reliqui*. loci *P* 22. nihil *h* vellis *φ*

De prasino conviva meus venetoque loquatur,
    Nec faciunt quemquam pocula nostra reum.

## XLIX.

Cum potes amethystinos trientes
Et nigro madeas Opimiano,
Propinas modo conditum Sabinum
Et dicis mihi, Cotta „Vis in auro?“
Quisquam plumbea vina vult in auro?

## L.

Frangat Idumaeas tristis Victoria palmas,
    Plange, Favor, saeva pectora nuda manu.
Mutet Honor cultus et iniquis munera flammis
    Mitte coronatas, Gloria maesta, comas.
Heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, iuventa
    Occidis et nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis semper properata brevisque
    Cur fuit et vitae tam prope meta tuae?

---

**24. facient**

---

23. parrasino 𝔅 Scipioque loquatur *XA et „duo scripti“ Scriverii*: Scurpoque *Salmasius*, loquar *T*: loquetur *φ et Gryphianae.* De prasino scutoque (Scorpoque *Gruterus*) meus (mens *P*) conviva loquatur 𝔓 24. Non *h et Gruterus:* Ne *s* faciunt *TX*: faciant *O Gruterique palatinus alter et tertius*: facient *reliqui.*

XLIX. In Cottam *X.* 1. putas *A* ametystynos *A*: amethystino *Salmasius Exercitt. Plin. p.* 290. trientes] colores *l* 2. Opiniano *bφ* 4. Cocta *APa*: quanta *h* 5. [*om. w.*] vinea *A* vult] vis *P*

L. Ad Scorpum *X.* 1. Ydimeas *X* 2. favore *Xl*: furor *φ* saeva] scaeva *φ*: seca *Cl*: reseca 𝔅 nudare manu *C* 3. Mittat *Heinsius.* amor *C* et] det 𝔅: per *Heinsius.* iniquis] gloria *lp* 4. Mutet honoratas *hl*𝔅 coronates *A* comes *XC* 5. primae *XAC* fraudatur *φ* Scope *bhw*: Scopa *czφ* 6. pigros *l*: Stygios *Heinsius.* iungit *C* 7. Cruribus *O* tues *XA* proparata *A* 8. Cui *COclφμκ*𝔅 et] heu *Heinsius.* visae *XAC* moetha *P*

## LI.

Sidera iam Tyrius Phrixei respicit agni
Taurus et alternum Castora fugit hiems;
Ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbor,
Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
Quos, Faustine, dies, quales tibi Roma Ravennae
Abstulit! o soles, o tunicata quies!
O nemus, o fontes solidumque madentis harenae
Litus et aequoreis splendidus Anxur aquis,
Et non unius spectator lectulus undae,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!
Sed nec Marcelli Pompeianumque, nec illic
Sunt triplices thermae, nec fora iuncta quater,
Nec Capitolini summum penetrale tonantis,
Quaeque nitent caelo proxima templa suo.
Dicere te lassum quotiens ego credo Quirino:
„Quae tua sunt, tibi habe: quae mea, redde mihi."

## LII.

Thelyn viderat in toga spadonem.
Damnatam Numa dixit esse moecham.

---

LI, 3. arbos: 5. qualem tibi Roma Ravennam
LII, 1. Thelin

---

LI. Ad Faustinum *X*. 1. Prixei *A* anni *z* 2. figit *A𝔄*: fugis *h* 3. arbor *PXACbhlzφ*: arbos *reliqui.* 4. Ismarum *b* pelex *P*: paelex *XA* Itym *x*: Ithim *Ohwμ* 5. Quot *Roius.* Faustina *b et pr. a* quales tibi (qualesil tibi *A*) Roma *XACOblpswzφ𝔄𝔅 et bodleianus*: qualis tibi *h*: qualem tibi Roma *reliqui.* Ravennae *XCbclp𝔅 et bodleianus*: Revennae *A*: Ravenna *𝔄φ*: recessus *O*: Ravennam *reliqui.* 7. dentis *XA*: sedentis *C* tunicate *P* 8. Anxur] axis *bm*: anis *c*: aris *P* 9. speculator *Heinsius.* 10. pupes *φ* maris] rates *XACObhlp𝔄*: sali *Heinsius.* 11. neque *zλ* Marcellum *l* illi *As* 12. uncta *b*: victa *lz𝔅* 13. Capitulini *X* penetra *P* 14. vident *lp* sua *C* 15. lapsum *abcswz* Querino *X*: Quirini *l* 16. tua *om. s* tibi *om. C*

LII. De spadoue *X*. 1. Thelyn viderat *O*: Thelinus derat *A*: Telynus deerat *X*: Thelinus (Zelinus *C*) deerat *Clp𝔅*: Telinus viderat *aw*: Tethim (Tethyn *corr.*) viderat *h*: Thetin viderat *bczφ*: Thelin (Thelim *λ*) viderat *reliqui cum P.* in loco *l𝔅* 2. Damnata *O*: Bannatam *s* esse *om. C* moechas *l*: mediam *P*

## LIII.

Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
Plausus, Roma, tui deliciaeque breves,
Invida quem Lachesis raptum trieteride nona
Dum numerat palmas, credidit esse senem.

## LIV.

Mensas, Ole, bonas ponis, sed ponis opertas.
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

## LV.

Arrectum quotiens Marulla penem
Pensavit digitis diuque mensa est,
Libras, scripula sextulasque dicit.
Idem post opus et suas palaestras
Loro cum similis iacet remisso,
Quanto sit levior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, sed statera.

## LVI.

Totis, Galle, iubes tibi me servire diebus
Et per Aventinum ter quater ire tuum.

---

**LIII.** *post L collocatum.* **LV, 3.** scriptula

---

LIII. * De Scorpo *TX*. 1. ego *om. s* corpus *T* o clamosi *P* cirri *b* 2. Lausus *XA* 3. quam *sφ* laceris *T* triteride *bwφ* nova *P*

LIV. * Ad Olum *TX*. 1. Holle *φ* ponis bonas *P* apertas *T* 2. est *om. bc* ego] et *c et Heinsius: om. b* habe *A*

LV. Ad Marulla *X*. 3. Libra *AC* scripula *XACczφ et corr.a:* scriptula 𝔄: scripulas *lw et pr.a*: scriptulas *P*: stripulas *b*: scrupulas *Ohsμx*: scrupula *a* 4. tuas *c* 5. iace *XA* remissus *Oμxa*: remisso *cum reliquis m*𝔓. 6. brevior *h* 7. est *om. l*: est ergo *h*

LVI. Ad Gallum *X*. 1. servire] sed iure *b* 2. terque *acsz* quaterque ire tuum *A:* quaterque tuum *acsz* lutum *Heinsius.*

Eximit aut reficit dentem Cascellius aegrum,
Infestos oculis uris, Hygine, pilos.
Non secat et tollit stillantem Fannius uvam,
Tristia servorum stigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes:
Qui sanet ruptos dic mihi, Galle, quis est?

## LVII.

Argenti libram mittebas; facta selibra est,
Sed piperis. Tanti non emo, Sexte, piper.

## LVIII.

Anxuris aequorei placidos, Frontine, recessus
Et propius Baias litoreamque domum,
Et quod inhumanae cancro fervente cicadae
Non novere nemus, flumineosque lacus
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pierides, nunc nos maxima Roma terit.

---

LVI, 4. Higine LVIII, 6. Pieridas

---

3. Castellus *X:* Casselius *s:* Casellius *Oahφμκα:* Cascellius *cum reliquis* 𝔓. 4. Infestis *z* oris *XACl*𝔅 ^ Hygine *P*: Ygine X: Higine *AOz:* Yene *b*: Hiene *Cl*: Hienae *φ:* inigne *c*: igne *b:* et igne rotius *margo h.* 5. Fanius *P*: Flannius *absw* 6. servorum *P et Scriverii editio altera:* saxorum *Oabhlswzφμκα et margo c*: saxonum *XAC*𝔅: fastorum *c*: noxarum *Heinsius*: pyctarum *Roius.* Stegmata saxorum tristia *h* stegmata *bc*: stemmata *asw* Heros *OPabwμκα et corr.h:* heres *pr.h:* herus *zφ:* Ores *XC*: hero *lp*𝔅: Eros *reliqui cum* „*membranis*" *Scriverii.* [7. 8. *om. XACl.*] 7. Enterochelarum *φ*: Encherocellarum *ab*: Eachrocellarum *s:* Enchorecellarium *h*, *margo* Enterocellarum Podalyrius *φ:* Poladirius *O*: Polidarius *cz*

LVII. * Ad Sextum *T*: Ad Flaccum *z:* „Non est Martialis" *margo s: om. Epigr. φ.* 1. libra *T* salibra *s* 2. Sexte] Flacce *z*

LVIII. Ad Frontinum *O.* 1. Auxeris *sw* Faustine *Scriverius.* 2. proprius baitis *b:* prope rus *vel* par rus Baiis *Heinsius.* 3. inhumano *Scaliger.* fervente] frunte *b* cecade *P* 4. flamineosque *z* 6. Pierides *OPabhswzφ*: Pieridas *reliqui.* vos *c*

Hic mihi quando dies meus est? iactamur in alto
Urbis et in sterili vita labore perit,
Dura suburbani dum iugera pascimus agri
Vicinosque tibi, sancte Quirine, lares.
Sed non solus amat qui nocte dieque frequentat
Limina, nec vatem talia damna decent.
Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
Iuro deos, et non officiosus amo.

## LIX.

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives et ex omni posita est instructa macello
Cena tibi, sed te mattea sola iuvat.
Non opus est nobis nimium lectore guloso;
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

## LX.

Iura trium petiit a Caesare discipulorum
Assuetus semper Munna docere duos.

---

7. Hic mihi, quando dies meus est, iactamur in alto Urbis, et in sterili vita labore perit; Dura *sqq.* LIX, 4. mactea

---

7. 8. *interpunxi ex mente Gronovii Observatt. I, p. 22. Antea sic* meus est, iactamur — perit. Dura *dispescebatur. Aliter Scaliger et Scriverius.* 8. victa *bhw* 9. suburani *μκα* apri *pr.h* *Post versum* 10. *unius lineae spatium in O.* 11. solos *O* 14. et] ut *margo Gryphii*: te *vel* rus *Heinsius.*

LIX. Lemma *z*: In delicatum lectorem *O* 1. si] ni *Heinsius.* 3. structa *b*: structura *h* 4. sed me *c* matia *Oμκ*: mattya *α*: mattea *cum reliquis* 𝔓. iuvat *Obsw*𝔓 *et corr.hw*: vivat *pr.w*: iuvant *reliqui.* 6. Nunc *μκ* pane *hα et* „*nonnulli codices*“ *Domitii*: poenae *w*: pene *vel* penne *reliqui cum* (*P*) *Gruteri omnibus.*

LX. De Munna *O*: De Nunna 𝔄: De Numa *c.* 1. *Margo s*: „Hoc videtur non fecisse Marcialis: nam boni poete nunquam in quinquisyllabo sermonem finiunt.“ 2. Nunna 𝔄: Numma *aw*: Numa *ch, sed margo h* Munna.

## LXI.

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hiems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic lare perpetuo, sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

## LXII.

Ludi magister, parce simplici turbae.
Sic te frequentes audiant capillati
Et delicatae diligat chorus mensae,
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.
Albae leone flammeo calent luces
Tostamque fervens Iulius coquit messem.
Cirrata loris horridis Scythae pellis,
Qua vapulavit Marsyas Celaenaeus,
Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum,
Cessent et Idus dormiant in Octobres:
Aestate pueri si valent, satis discunt.

---

LXI. Epitaphium Herotionte *O* (Erotionis *czφ*). 1. Sic *h* 2. quem *abchsz*𝔓 (? *non P*) *et* ,,*scripti infimae vetustatis*" *Scriverii*: quoque *φ* sexta] saxa *aw* peredit *zφ*: peregit *Heinsius Adversariis p.* 466. 3. Quisque *φ* erit *c* 6. terris *z*

LXII. * De pueris *T*: Ad magistrum ludi *O*. [1—9. *om. T.*] 2. Si *Gryphianae.* frequenter *bch* 3. Musae *Lipsius.* 5. quisquis *abchsw* 6. flamineo *P* 7. Tostemque *φ* 8. Cirata *φ*: Cirratas *φ*: Scuticaque *α ex perversa interpretatione verborum Domitii*: ,,Pellis scytac *i. lorum factum in scuticam. Ipsa enim scutica a scytos quod est corium dicitur.*" Scutica atque loris *Scaliger*: Cirrata *reliqui cum* 𝔅𝔓, *palatino altero tertioque, Scriverii duobus et editione principe.* scytae *λ*: scite *b et corr.h*: sectae *Oμκ* horridi Scythae *Salmasius et Scriverius*: Irata loris, horridis Scythae pellis *Idem. Heinsio* ,,Scythae *videtur natum ex* scutica." *Vide Gronov. Diatr. Stat. I, p.* 529. *sq.* vapulabit *c* Marsia *w* Celenaeus *φ*: Celenus *bc* 10. Ferulaeque aristes scepara (stepaca *bh*) *abhw* Ferulae quae *P* sceptra] stipata *c* paedagorum *P* 11. Cessant *bh* Octobris *Oμκα*: Octobres *reliqui cum* 𝔓: octonas *G. H. Plathnerus Lectt. Iuvenal. in Seebodii Nov. Arch.* 1830, 5. *p.* 33. [12. *om. T.*]

## LXIII.

Marmora parva quidem, sed non cessura, viator,
Mausoli saxis pyramidumque legis.
Bis mea Romano spectata est vita Tarento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas:
Cluserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit et thalami mihi gloria rara fuitque
Una pudicitiae mentula nota meae.

## LXIV.

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu
„Si nec paedicor, Cotta, quid hic facio?“

## LXV.

Cum te municipem Corinthiorum
Iactes, Carmenion, negante nullo,
Cur frater tibi dicor, ex Hiberis
Et Celtis genitus Tagique civis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hispanis ego contumax capillis;

---

LXIII, 3. Terento.

---

LXIII. Epitaphium nobilis matronae *O*. 2. Mauseoli *acswz*: Mausolei *Pbhφα* legis *s*: leges *reliqui*: iugis *Aurelianus*. 3. spectante *b et pr.h* vitta *Lipsius et Heinsius*. Tarento *omnes nostri (P) librique Scriverii constanter*, *v. I*, 69. *et IV*, 1.: Terento *λ et Gryphianae*: theathro *O* 6. Cluserunt *Oabh*: Clauserunt *reliqui*. 8. pudicieciae *P*

LXIV. Ad Pollam *O*. 1. si forte 𝔓, *unde Gruterus* Regina *edidit*. labores *pr.h* 2. tretica *b* notos *Heinsius*. 6. non *zφ* Cocta *Pa* Si nec paedico *Salmasius*.

LXV. In Carmenionem *O*. 1. Corintheorum *O* 2. Charmenion *φ* 3. ex haberis *φ* 5. videmus *x*

Laevis dropace tu cotidiano,
Hirsutis ego cruribus genisque;
Os blaesum tibi debilisque lingua est,
Nobis filia fortius loquetur:
Tam dispar aquilae columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,
Ne te, Carmenion, vocem sororem.

## LXVI.

Quis, rogo, tam durus, quis tam fuit ille superbus,
Qui iussit fieri te, Theopompe, cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culina
Sustinet, has uncto polluit igne comas?
Quis potius cyathos aut quis crystalla tenebit?
Qua sapient melius mixta Falerna manu?
Si tam sidereos manet exitus iste ministros,
Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

## LXVII.

Pyrrhae filia, Nestoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laertes aviam senex vocavit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes,

---

LXV, 8. quotidiano LXVI, 1. Qui rogo

---

8. tu] tuo *w*: in *s* cotidiana *P*: quotidiana *reliqui*. 10. blessum *b* tibi *om. pr.h* est *om. zφ* 11. Nobis sibila — loquentur *vel* loquantur *Reius*: Non nobis lea *Aurelianus*. loquatur *Heinsius*. 13. dorcax *O*: doreas *b et pr.h* 15. Nec te *cμκ* Charmenion *φ*

LXVI. De Theopompo *O* 2. Peopompe *s* coquum *bchzφ* 3. coquina *Oabcsw*𝔅 *et pr.h* 4. polluere *Heinsius*: polui *s*: pollui *Oaw* in igne *Oasw*: inige *b*: ille *c*: ungue *μκα*: igne *λ*𝔓 *et corr. palatinus alter cum reliquis.* 5. aut qui *c* 6. musta *pr.h* 8. tam *φ* coquo *bchzφ*

LXVII. Epitaphium vetulae *O*: De anicula Plutia pruriosa *zφ*. 1. ()yrrae *φ*: Pyre *O*: Pirrae *P*: Pirte *b*: Syrrhae *z* 2. canem *bcsw et pr.h* 3. Laherte *P* vocabit *OPabchswzμκ*

Iam cornicibus omnibus superstes,
Hoc tandem sita prurit in sepulcro
Calvo Plotia cum Melanthione.

## LXVIII.

Cum tibi non Ephesos nec sit Rhodos aut Mitylene,
Sed domus in vico, Laelia, patricio,
Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis,
Durus Aricina de regione pater;
*Κύριε μου, μέλι μου, ψυχή μου* congeris usque,
Proh pudor! Hersiliae civis et Egeriae.
Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis,
Sed quem lascivo stravit amica viro.
Scire cupis quo casta modo matrona loquaris:
Numquid cum crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam referasque Corinthon,
Non tamen omnino, Laelia, Lais eris.

---

**LXVIII, 5.** *Ζωὴ καὶ ψυχὴ* **lascivum congeris usque,**

---

6. sicca *bchsw* pruriat *h*, pruria *bsw*: putret *Burmannus in Anth. Lat. II*, p. 529. 7. Plutia *φ et pr.h.*: plucia *P*: Pluria *b*: Pluriat *z*: pluriam *c*: pruria *asw*: pruriat *O* Melanchione *μκ*

LXVIII. * A lelium *T*: In Leliam *O*. 1. nec Ephesos *z* aut sit *pr.h* Rodus *T*: rhoclos *φ* Mythylenae *T*: militete, *corr.* mitilete, *P* 2. vicos *T* Lelio *O*: Lilia *P* patrinio *c*: patrino *b et pr.h* 3. De cocoleratis *T* Etrucis *T*: Hetruscis *φ* 4. Et durus *T* et de *Boissonadius ad Aristaenet.* p. 521., *retractatis quae ad Nicet. Eugen. II*, p. 288. *dixerat.* 5. *Κύριε μου, μέλι μου, ψυχή μου Gronovius Observatt. IV*, 22. p. 783.: KYPIE MVAELI MVPSICI MV *T*: *Κύριε, omissis reliquis*, *P*: *Κύριε μοῦ θεὲ μεαῖ μοῦ ψυχὴ μοῦ z*: Cyriemu: theemu: psychemu *O*: *ζωη και ψυχη* congeris usque *κ*: *reliqui spatio relicto omittunt Graeca: codex neapolitanus, quem i voco, man. sec. habet* Domine mei deus meus anima mea, *ut expresserit idem quod habet O*: *alter neapolitanus*, *mihi n*, *omittit versum hac notula addita* „Deest hic versus cuius sententia amatoria est.“ *Margo* „Vita et anima et corculum *ζοι καὶ χι* (*suprascr.* psichi) tibi Lelia semper in ore“: *ζωὴ καὶ ψυχὴ* lascivum *a*, *ex prava interpretatione verborum Domitii, qui Iuvenalis illa verba VI*, 195. *conferebat. Secuti sunt omnes.* cogeris *h* 6. Ersiliae *TPb*: Ersilae *w* cuius *m*: iovis *T* egregie *b* [9. 10. *om. T.*] 9. casto *P* 10. crisas *Pμκ*: crassas *pr.h* 11. et discas *T* Corynthon *O* 12. Thais *μκ*: Lais *reliqui cum* λ𝔓*m et palatino altero.*

## LXIX.

Custodes das, Polla, viro, non accipis ipsa.
Hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

## LXX.

Quod mihi vix unus toto liber exeat anno,
Desidiae tibi sum, docte Potite, reus.
Iustius at quanto mirere, quod exeat unus,
Labantur toti cum mihi saepe dies.
Nunc resalutantes video nocturnus amicos,
Gratulor et multis; nemo, Potite, mihi.
Nunc ad luciferam signat mea gemma Dianam,
Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.
Nunc consul praetorve tenet reducesque choreae,
Auditur tota saepe poeta die.
Sed nec causidico possis impune negare,
Nec si te rhetor grammaticusve rogent:
Balnea post decimam lasso centumque petuntur
Quadrantes. Fiet quando, Potite, liber?

## LXXI.

Quisquis laeta tuis et sera parentibus optas
Fata, brevem titulum marmoris huius ama.
Condidit hac caras tellure Rabirius umbras:
Nulli sorte iacent candidiore senes.
Bis sex lustra tori nox mitis et ultima clusit,
Arserunt uno funera bina rogo.

---

LXIX. Ad Pollam *cz*: De Polla *O*. 1. Custodem *z* nec *Oμκα*: non *reliqui cum λ𝔄𝔓m et margine Gryphii.*

LXX. Ad Potitum *O*. 2. toto potire *s* 3. aut *b* quod ex ea ianus *φ* 5. Non *Schmiederus.* resalutantis *Obhsw φμκ* 6. potire *s* 7. signae *b*: signet *h* 10. Auditor *h* 11. Sed ne *Gryphianae.* 12. Nec te si *φ*: Nec si rhetor *P* grammaticusque *cφ* roget *c*: regent *φ* 13. dogimam *c*: decumam *b*: decima *μκα* lapso *c*

LXXI. De Rabirio *O*. 2. Facta *w* tumulum *mφ* marmois *P* habe *pr.h* 3. has *m* raras—urnas *Roius.* 5. mitis] misit *bhφ et pr.a* clausit *chzφ* 6. Asserunt *w*

**Hos tamen ut primis raptos sibi quaerit in annis.**
**Improbius nihil his fletibus esse potest.**

## LXXII.

**Frustra Blanditiae venitis ad me**
**Attritis miserabiles labellis.**
Dicturus dominum deumque non sum.
Iam non est locus hac in urbe vobis;
Ad Parthos procul ite pileatos
Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed imperator,
Sed iustissimus omnium senator,
Per quem de Stygia domo reducta est
Siccis rustica Veritas capillis.
Hoc sub principe, si sapis, caveto,
Verbis, Roma, prioribus loquaris.

## LXXIII.

**Littera facundi gratum mihi munus amici**
**Pertulit, Ausoniae dona severa togae,**
**Qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,**
**Vellet Maecenas Caesarianus eques.**
**Vilior haec nobis alio mittente fuisset:**
**Non quacunque manu victima caesa litat.**

---

**LXXIII, 1. mihi pignus 4. Caesareanus**

---

7. maeret *Heinsius.* 8. nil *cz* iis *φ*

LXXII. Adulatorium *O*: Laus imperatoris *zφ.* 2. miserabile *z* 4. hic *aswφ* nobis *abchw* 5. ire *bc* pilleatos *OPφ* 7. Victorum *vel* Parthorum *Heinsius.* 10. Stigio *w* relicta est *pr.h* 11. Sectis *Heinsius.* 13. prioribus Roma *s*

LXXIII. Ad Marcum *X.* 1. munus *XAChlzφ:* pignus *reliqui.* 2. Protulit *p*: Attulit „*scriptus*" *Scriverii.* dona sera *A*: dona sera togae pertulit Ausoniae *X*: dona serena *Cl𝔅*: dona Severe *aw et aliquando Heinsius:* munera sera togae „*optimus codex Excerptorum*" *Scriverii*: dona superba *vel* Serica dona *Heinsius.* 3. aptius *s* 5. Vilior ne haec nobis aliud *X* fuissent *aw* 6. [*affert D.*] litet *h*

A te missa venit. Possem nisi munus amare,
  Marce, tuum, poteram nomen amare meum.
Munere sed plus est et nomine gratius ipso
  Officium docti iudiciumque viri.

## LXXIV.

Iam parce lasso, Roma, gratulatori,
Lasso clienti. Quamdiu salutator
Anteambulones et togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto,
Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos?
Non ego meorum praemium libellorum,
— Quid enim merentur? — Appulos velim campos;
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
Nec quae paludes delicata Pomptinas
Ex arce clivi spectat uva Setini.
Quid concupiscam quaeris ergo? dormire.

## LXXV.

Milia viginti quondam me Galla poposcit
  Et, fateor, magno non erat illa nimis.

---

LXXIV, 8. Apulos    LXXV, 2. magni

---

7. Possim *z:* Posse *b*  minus *P*  8. nomine — tuo *Heinsius*: nomine — meo *Roius.*  poteram tu nomen *P*  [9. 10. *affert D*: Sepe quidem plus est et munere gracius ipso — viri.]  9. munera *A*  gratior *XAChlp*

LXXIV. Ad Romam de salutatoribus *X.*  1. parte *X*  lapso *c*: Roma lasso *h*  2. Lapso *bcz*  clientis *aw*  3. Ante tabulones *p*  4. merebar *corr.h*  6. Ferventi *C*: Flaventis *Heinsius.*  afferat *Oabcswμκα*: asserat *l:* auferat *cum reliquis* 𝔄𝔅𝔓*m.*  7. praemium meorum *hs*  8. Appullos *φ*  9. specifer *l*  caput *P*  10. Pontinas *CObchlzφμκα*: Pomptinas *cum reliquis* 𝔓.  11. clivis *XA:* clini *O*  una *Oabw et pr.h*  Sectini *pr.h*

LXXV. * De Galla *TX.*  2. magno *TXAP*: magne *bc*: magni *reliqui:* mango *Scriverius in curis posterioribus apud Burmann. Anthol. Lat. I, p.* 243.  erit *T*  ille *X*

Annus abit: „Bis quina dabis sestertia," dixit.
Poscere plus visa est quam prius illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum milia mensem
Mille dabam nummos. Noluit accipere.
Transierunt binae forsan trinaeve Kalendae,
Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus. Centum iussit me mittere nummos;
Sed visa est nobis haec quoque summa gravis.
Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum;
Hanc voluit: puero diximus esse datam.
Inferius numquid potuit descendere? fecit.
Dat gratis, ultro dat mihi Galla: nego.

## LXXVI.

Hoc, Fortuna, tibi videtur aequum?
Civis non Syriaeve Parthiaeve,
Nec de Cappadocis eques catastis,
Sed de plebe Remi Numaeque verna,
Iucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus utraque, cuius unum est,
Sed magnum vitium, quod est poeta,
Pullo Maevius alget in cucullo.
Cocco mulio fulget Incitatus.

---

7. Transierant ternaeve

---

3. dabit *bhlw* 4. ista *l* 6. accepere *T* 7. Transierunt *T*: Transierant *reliqui*. forsitan *Th* trinaeque *z*: terne ve 𝔓 8. ultra *XAw* ipse *A*: ille *φ* 11. non *w* iussit *c* addita *h* 12. datum *A* 13. discendere *T* 14. Data (Dat *P*) gratis ultro iam mihi 𝔓: Dat gratis ultro: iam mihi, Galla, nega *Gruterus*: Dat gratis ultro iam mihi Galla. Nego. *Salmasius*: Dat gratis: ultra det mihi Galla: nego. *Roius*.

LXXVI. De medio poeta *X*. 1. tibi fortuna *h* videtur] vester *pr.b* 2. Quoius *w* Parthiaeque *z*: Parthievae *P* 3. equis *XAClp* castatis *φ*: castratis *lp* 4. plebi *P* Remi] tenui *l*𝔅 Munaeque *O*: minieque *pr.h* 6. veraque *w* 7. vitium est *l* manum *s* [5. 6. 7. 4. 8. ponit *P*.] 8. Moevius *A*: Naevius *hl*𝔅 9. Croco *abcmsw et pr.h*: Croceo 𝔅: Croeso *l* mulo *l* fulgit *c*: fuget *b* incivitatus *X*: victatus 𝔅: Incitati *Petr. Faber*, v. *Weicherti Poett. Latt. Reliq.* p. 325.

## LXXVII.

Nequius a Caro nihil unquam, Maxime, factum est,
Quam quod febre perit: fecit et illa nefas.
Saeva, nocens febris saltem quartana fuisset!
Servari medico debuit ille suo.

## LXXVIII.

Ibis litoras, Macer, Salonas,
Ibit rara fides amorque recti
Et secum comitem trahet pudorem.
Semper pauperior redit potestas.
Felix auriferae colone terrae,
Rectorem vacuo sinu remittes
Optabisque moras, et exeuntem
Udo Dalmata gaudio sequeris.
Nos Celtas, Macer, et truces Hiberos
Cum desiderio tui petemus.
Sed quaecunque tamen feretur illinc
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter veteres legar poetas,
Nec multos mihi praeferas priores,
Uno sed tibi sim minor Catullo.

---

LXXVII, 2. perit:

---

LXXVII. Ad Maximum *X*. 1. Nequius acharo *P:* Nequius caro *φ*: Nequius nil unquam *b:* De medico (E medico *c*) nequius nil (nihil *s*) unquam *acsx et pr.h* (a Caro *corr.h*): De medico nil unquam *w* 2. ille *cμκα:* illa *reliqui cum λ𝔄𝔓m.* 3. Saevit *X*: Saepe *Roius.* artem quarta *XA*: ac tunc quartana *C*: utinam quartana *hl𝔅* fuisses *as𝔓* 4. ille *XAs𝔓:* illa *reliqui.*

LXXVIII. Ad Macrum *X*. 1. ( ) Is (*h. e.* Bis) *φ* littoreis *φ* Alonas *XA* 2. Ibi *p* rata „*al.* rara" *w* 3. E *A* secum *Oμκα:* quae cum *P:* tecum *reliqui.* trahes *bcmzφ et corr.a*: trahi *P* 4. Sem *A* redi *φ* 5. Felix auri felix *s*: Felix auferre *A* 6. Retorem *l*: Lectorem *asw* remittet *XAl𝔅*: remittis *P* 8. Uda *XAClp* sequaeris *A* 9. certas *XAC* Hyberos *P* 10. desiderio quo potemus *h* 11. quodcunque *c* illinc *Pzφ𝔅*: *om. C:* illic *reliqui.* 12. Piscosi *om. C* Tacis *XAC*: Daci *p𝔅*: dati *l* 13. Marcum *φ* 14. Hic *l* legat *h* 15. multo *l* praeferat *XAChl*: praeferet *abw*: praefert *s* 16. sum *abchlw𝔅*

## LXXIX.

**A**d lapidem Torquatus habet praetoria quartum;
Ad quartum breve rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit; cucumam fecit Otacilius.
Disposuit daphnona suo Torquatus in agro;
Castaneas centum sevit Otacilius.
Consule Torquato vici fuit ille magister;
Non minor in tanto visus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

## LXXX.

**P**lorat Eros, quotiens maculosae pocula murrae
Inspicit, aut pueros nobiliusve citrum,
Et gemitus imo ducit de pectore, quod non
Tota miser coëmat septa feratque domum.
Quam multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco!
Pars maior lacrimas ridet et intus habet.

---

LXXIX, 8. Nec minor LXXX, 1. myrrhae 6. ridet, et intus

---

LXXIX. De Torquato et Octacilio *X.* 2. brebe rus *XAC*: breves emit *p* emit] habet *z* Octacilius *ubique X*, *et praeter versum ultimum*, *A*: Optacilius *p*: Otalitius *aw*: Otolicius, *alias* Otalicius, *s* [5. 6. 3. 4. *ponit P.*] 4. cocumam *bczφ et pr.h*: capanam 𝔅: cumeram *Beverlandus.* 5. Deposuit *s*: Exposuit *φ* daphona *AChl:* dorphana *asw* in ore *b* 6. Castanea *P* serit *p* 7. Consule Torquato *Awz*𝔓: Consul Torquatus *reliqui.* vice *O*: unus *lp*𝔅 8. Non *XACabclmsφ*: Nec *reliqui.* minore *A* 9. bos] vox *XAC*𝔛 10. Torquatum *s* Otacilius *Acl*

LXXX. * De Torquato de Ero *T:* De Erote *X*: De Heroe *O.* 1. Heros *O:* herus *φ* murrae *Xbh*: murrhae *P*: murra *A*: myrrae *Oφ:* tere *T*: myrrhae *vulgo.* 2. aut] vi *T* puero *XA* noviliusve *A* 3. ducit] promit *Oablwzφμκα*: premit *cs:* mittit *hp;* ducit *reliqui cum P*𝔛. *Burmannus in Ovid. Metam. I*, 656. promit *praefert ex tribus Vossianis, cll. Virg. Aen. II*, 288. quid non *XAl* 4. Totamise cemat *T*: Totam fert cenam *hlp* coema *XA*: coenat *cσμκα:* cenet *C;* caena *w;* coemat *cum reliquis* 𝔛𝔓. 5. Heros *Oφ* 6. lacrimans *Gruterus.* habet *φ*: havet *Gulielmius Versimill. III*, 25.: agit *Burmannus in Ovid. Ad Liv. Aug.* 114.

## LXXXI.

Cum duo venissent ad Phyllida mane fututum
Et nudam cuperet sumere uterque prior,
Promisit pariter se Phyllis utrique daturam,
Et dedit: ille pedem sustulit, hic tunicam.

## LXXXII.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus,
Mane vel a media nocte togatus ero,
Stridentesque feram flatus aquilonis iniqui
Et patiar nimbos excipiamque nives.
Sed si non fias quadrante beatior uno
Per gemitus nostros ingenuasque cruces,
Parce, precor, fesso vanosque remitte labores,
Qui tibi non prosunt et mihi, Galle, nocent.

## LXXXIII.

Raros colligis hinc et hinc capillos
Et latum nitidae, Marine, calvae
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente vento
Redduntur que sibi caputque nudum
Cirris grandibus hinc et inde cingunt.
Inter Spendophorum Telesphorumque

---

LXXXI. * De Filli *T*: De Phyllida *X*. 1. Pyllida *XA*: Fillida *T*: Phyllide *O* salitum *T* 2. cuperent *c*, *probatum Burmanno in Ovid. Metam. IX*, 712. summere *O* 3. Pillis *X*: Phillis *TA alii*. utrisque *T*: uterque *X*

LXXXII. * Ad Gallum *TX*. 1. adiicit *Obφ*: addit *margo Gryphii*. 2. eroo *T*: eo „*membranae*“ *Scriverii*. 3. aquilonibus *P* 4. excipiantque *X* 5. Sed non *T* fies *swz* 6. gemitos *A* continuasque cruces „*eadem Excerpta* (*v. LXXIII*, 2.) *et alius codex scriptus*“ *Scriverii*. truces *X et pr.h* 7. fesso *Tbcmswzφ𝔓*: lasso *COaμxα*: lassos *XAhl* variosque *c* 8. at mihi *l*

LXXXIII. Ad Marinum calvum *X*. 1. hinc et hic *φ* 3. tergoribus *Scaliger*. tegit *XA*: regis *C* 4. noti *m*: molli *C* iuvente *XA*: iuvante *C et Heinsius*, *qui et* subinde *et* vibrante *ascripsit*: furente *Roius*. 5. Redeuntque *l* 6. Ciris *φ* hic *b* 7. Spendoforum *P*: Splendophorum *Cbchlswzμx*: Splendoforum *as*: Splendephorum *φ*: Spendophorum *cum reliquis* „*vetustae*

Cydae stare putabis Hermerotem.
Vis tu simplicius senem fateri,
Ut tandem videaris unus esse?
Calvo turpius est nihil comato.

## LXXXIV.

Miraris, quare dormitum non eat Afer?
  Accumbat cum qua, Caediciane, vides.

## LXXXV.

Iam senior Ladon Tiberinae nauta carinae
  Proxima dilectis rura paravit aquis.
Quae cum saepe vagus premeret torrentibus undis
  Tibris et hiberno rumperet arva lacu,
Emeritam puppim, ripa quae stabat in alta,
  Implevit saxis opposuitque vadis.

---

LXXXIII, 8. Cidae    *Post* 10.: Tonsor iam reliquos metat capillos.    LXXXIV, 2. Caeditiane,    LXXXV, 4. Tybris

---

*membranae" Scriverii.* Telesforumque *P*: Thelesporumque *A*: Telephorumque *zφμ:* Thelephorumque *O*: Teloforumque *s*: Theophorumque *κ:* Talephorumque *abw*    8. Cide stare *μκα*: Cides tare *Al*: Cidesta reputabis 𝔅: Belle stare *O*    Hermeroten *O*: Hermorotem *aw*: Hermoroten *hs:* Hermorontem *p*𝔅: Almyrotem *λ*: Halmyroten *α:* Hermerotem *reliqui cum Gruterianis* (*P*).    9. Vis te *φ*: Quin tu — fateris *O*: Vis tu simplicius? Senem fatere *Gruterus.*
    10. Ut tandem videare calvus *vel* verus *Heinsius.*    Post *v.* 10. *α inculcavit hunc versum*: Tonsor iam reliquos metat (petat *Gryphianae*) capillos. *De quo Gruterus:* „*Carmen istud edecuriandum ceu spurium, quod absit et ms. omnibus et edd. primis.*"

LXXXIV. Ad Caedicianum *X.*    2. Accubat *Gryphianae.* Cecidiane *w:* Caeciliane *Obcszφμκα*: Caediciane *vel* Caeditiane *cum reliquis* 𝔓.

LXXXV. * De Ladone *T*: De Laudone nauta *X.*    1. Laudon *X*: lando *C*    Tyberinae *TOP alii.*    2. dilecti *XA*    3. Quae saepe *T*: Quem cum sepe *b*    tormentibus *w*: terrentibus *margo Gryphii:* ferventibus *Roius.*    4. Tybris *TXAOφ alii:* Thibris *P*    lacu *PTazφμκα:* gelu *reliqui cum* 𝔄𝔅*m.*    5. Et meritam *T*: Trimeritam *b*    pupem *T*: puppem *P et nescio qui ex Oudendorpianis.*    ripae *Chlp:* ripea *b*    alto *T*: alga *Chlp*𝔅: aula *XA:* algra *b*    6. Imple vix *XA*    apposuitque *lmλ*

Sic nimias avertit aquas. Quis credere posset?
Auxilium domino mersa carina tulit.

## LXXXVI.

Nemo nova caluit sic inflammatus amica,
Flagravit quanto Laurus amore pilae.
Sed qui primus erat lusor dum floruit aetas,
Nunc postquam desît ludere, prima pila est.

## LXXXVII.

Octobres age sentiat Kalendas
Facundi pia Roma Restituti.
Linguis omnibus et favete votis;
Natalem colimus, tacete lites.
Absit cereus aridi clientis,
Et vani triplices brevesque mappae
Expectent gelidi iocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippae tumidus negotiator
Cadmi municipes ferat lacernas;
Pugnorum reus ebriaeque noctis
Cenatoria mittat advocato;
Infamata virum puella vicit?
Veros sardonychas, sed ipsa tradat;

---

7. advertit *bl* possit *TO*: posse *A* 8. mensa *O*: mersaque crina *T*

LXXXVI. * De Lauro *TX*. 2. Fraglavit *XA* largus *s* 3. qui plurimus *T*: qui prius *pr.h* lusus *XAClp*𝔄𝔅 *et „membranae constanter" teste Scriverio.* 4. desiit *asw*

LXXXVII. * De natale Restituti *T*: Ad Restitutum *X*. [*„Huius Epigrammatis priores XIII. versus in X manu saeculi XIV. in spatium vacuum a pr. manu relictum suppleti sunt." Hasius.*] *In T desunt* 1—3., 5—16. *et* 19. 20. 2. Facunda *O* pila *XAC alpsw*𝔅 3. favere *b* 4. tacere *b* 5. Assit *abw*: Adsit *mφ* 6. vanni *P*: navi *aw* 7. Exspectant *ch et Gryphianae*: Expetenti *b* iocus *XA*: focos *Heinsius*. 9. domidus *z* negotiatur *A* 11. reus *om. C* 12. Coenatoriam *P* mittas *c* 13. Infamata *OPzφλμκα*: Imparata *XACabcsw et „codex quidam membranaceus" Scriverii*: Imperata *hlp*: Impraegnata 𝔅: Impacata *Scriverius. Vide Gronov. Diatr. Stat. I, p.* 433. *Hand.* viro puella vivat *m*: viro p. victo *Heinsius*. 14. ipse *hl* tradit *XACabchlsw*

Mirator veterum senex avorum
Donet Phidiaci toreuma caeli,
Venator leporem, colonus haedum,
Piscator ferat aequorum rapinas.
Si mittit sua quisque, quid poetam
Missurum tibi, Restitute, credis?

## LXXXVIII.

Omnes persequeris praetorum, Cotta, locellos
Accipis et ceras. Officiosus homo es.

## LXXXIX.

Iuno labor, Polyclite, tuus et gloria felix,
Phidiacae cuperent quam meruisse manus,
Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida
Iudice convictas non dubitante deas.
Iunonem, Polyclite, suam nisi frater amaret,
Iunonem poterat frater amare tuam.

## XC.

Quid vellis vetulum, Ligeia, cunnum?
Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiae decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes videri.

---

LXXXIX, 1. 5. Polyclete 3. superesset XC, 1. 5. 9. Ligella

---

16. Donec *abs* 17. edem *T* 18. rapinam *AChlpφ𝔛* 19. Si nectit *sw* poeta *l* [20. *om.* *XAClp*.] credis] petis *P*

LXXXVIII. Ad Cottam *O*. 1. prosequeris *h* praetorem *b* Cocta *Pab* 2. cenas *c*: signa *superscr.* *h*

LXXXIX. De statua Iunonis *O*. 1. 5. Polyclite *P*: Policlite *bs*: Policrete *c*: Polyclete *reliqui*. tuos *pr.h*: tua gloria caeli *Scriverius*: tuis et gloria caelis *vel* Iuno tuus — labos *Heinsius*. 2. peperisse *Heinsius*. 3. Ide *Pabsw* 4. convinctas *x*: convictus *bh*: coniunctas „*edd. vett. et aliquot mss.*“ *teste Grutero*.

XC. * Ad Ligiam *T*: In Ligellam *O*. 1. Quis *a* velis *T* Ligeia 𝔓: Ligea *T*: Ligella *reliqui*. cunnum] monstrum *T* 2. Qui *a* Qui post cine villa cessit *T* 3. nundiciae *T* 4. Iam *Tc*

Istud, crede mihi, Ligeia, belle
Non mater facit Hectoris, sed uxor.
Erras, si tibi cunnus hic videtur,
Ad quem mentula pertinere desît.
Quare si pudor est, Ligeia, noli
Barbam vellere mortuo leoni.

## XCI.

Omnes eunuchos habet Almo, nec arrigit ipse,
Et queritur, pariat quod sua Polla nihil.

## XCII.

Mari, quietae cultor et comes vitae,
Quo cive prisca gloriatur Atina,
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinus ilicesque Faunorum
Et semidocta vilici manu structas
Tonantis aras horridique Silvani,
Quas pinxit agni saepe sanguis aut haedi,
Dominamque sancti virginem deam templi,
Et quem sororis hospitem vides castae
Martem mearum principem Kalendarum,
Et delicatae laureum nemus Florae,
In quod Priapo persequente confugit.

---

XCII, 7. tinxit

---

5. Ligeia 𝔓: Ligea *T*: Lagella *s*: Ligella *reliqui*. velle *m* 7. sit tibi munus *T* hoc *O* 8. At *T* 9. est *om.h* Ligeia 𝔓: Ligia *T*: Ligella *reliqui*.

XCI. * De Almone *TO*. 1. eunochos *T*

XCII. Ad Marrium *X*. 1. Marri *XC*: Care *m* quietis *h* [2. 3. *transponunt XAh et fortasse alii ex Oudendorpianis.*] 2. civa *h* gloriantur *c* Attina *O*: trina *c* Quo prisca cive gloria atine *s* 3. gemella *P* 4. fanorum *X* 5. semel docta *P* 6. haras *A* toridique *s* 7. pinxit *XAC*𝔓 *et duo Scriverii*: tixit *s*: tinxit *reliqui cum* „*innumeris codicibus*“ *Scriverii*. anguis *A*: angius *X* et haedi *Oμκα*: aut haedi *reliqui cum* 𝔄𝔓*m*. 10. Matrem *Iunianae*. vindicem *vel* praesidem *Heinsius*. 11. dedicatae *l* lauream *h* 12. In quot *κ*: In quo *OPacswz* Priapum *l* persequentem *Xl*

Hoc omne agelli mite parvuli numen
Seu tu cruore, sive ture placabis:
„Ubicunque vester Martialis est,“ dices,
„Hac, ecce, mecum dextera litat vobis
Absens sacerdos; vos putate praesentem
Et date duobus quidquid alter optabit.“

## XCIII.

Si prior Euganeas, Clemens, Helicaonis oras
    Pictaque pampineis videris arva iugis,
Perfer Atestinae nondum vulgata Sabinae
    Carmina, purpurea sed modo culta toga.
Ut rosa delectat, metitur quae pollice primo,
    Sic nova, nec mento sordida charta iuvat.

## XCIV.

Non mea Massylus servat pomaria serpens,
    Regius Alcinoi nec mihi servit ager,
Sed Nomentana securus germinat hortus
    Arbore, nec furem plumbea mala timent.

---

18. optarit.

---

13. omnes *l* mitte *XAh* 14. seu ture *hlzφ* 15. vester est Martialis est dices *s*: Martialis vester *h* noster *Olzμκα* es *b* 16. Hac *XP et Gryphianae*: Heic *μ*: En *czφ*: Haec *reliqui.* 17. Apsens *X* potate *XA*: putat *asw* 18. optarit *Ohμκα*: optabit *cum reliquis P𝔄.*

XCIII. Ad Clementem X. 1. Eugeneas *A*: Eugenias *X* Clemens] demens *bh*: ieris *O* Helicaonis (Helichaonis *h*) oras *λ𝔓* (horas *P*) *corr.h et palatinus alter*: Helicanis horas *XA*: Heliconis (Eliconis *O*) in oras (aras *bcmφ et pr.h*) *reliqui.* 3. Praefer *p𝔅* Estinae *P* 4. si modo *𝔅* culta *X𝔄 et* „*optimae membranae*“ *Scriverii*: succulta *A*: luta *𝔅*: culta toga *om. 𝔓 cum spatio vacuo*: suta *reliqui.* 5. metitur quae] mettiusque *XA*: metius (metuis *sw*) quam *Casw* 6. Sic mea *m* nec merito *chmswφ𝔅*: ne merito *p*

XCIV. De pomario suo X. 1. Non mica *XA*: Non mihi *𝔄* Masilus *A*: Massalius *c* servet X, *qui tria postrema verba a m. sec. habet.* 2. Alcioni *φ* 3. nomentanta *A* geminat *P*: isterminat *XA*: terminat *Calpsw* hortum *l*

Haec igitur media quae sunt modo nata Subura
Mittimus auctumni cerea poma mei.

## XCV.

Infantem tibi vir, tibi, Galla remisit adulter.
Hi, puto, non dubie se futuisse negant.

## XCVI.

Saepe loquar nimium gentes quod, Avite, remotas,
Miraris, Latia factus in urbe senex,
Auriferumque Tagum sitiam patriumque Salonem
Et repetam saturae sordida rura casae.
Illa placet tellus, in qua res parva beatum
Me facit et tenues luxuriantur opes.
Pascitur hic, ibi pascit ager; tepet igne maligno
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hic pretiosa fames conturbatorque macellus;
Mensa ibi divitiis ruris operta sui.
Quattuor hic aestate togae pluresve teruntur;
Auctumnis ibi me quattuor una tegit.
I, cole nunc reges, quidquid non praestat amicus,
Cum praestare tibi possit, Avite, locus.

## XCVII.

Dum levis arsura struitur Libitina papyro,
Dum myrrham et casiam flebilis uxor emit,

---

5. Nec igitur *b* medio *h* modo] mihi *Oμκα*: modo *cum reliquis* 𝔄𝔓*m*. nota *s*𝔓 (? *non P*) sub umbra *b* 6. autunni *φ*

XCV. Ad Gallam *X*. 1. tibi *om. Cabcs*: nunc *zφ*: iam *μκ* adultum *bcμκ et pr.h* 2. Imputo *X*: Hic puto *Cabchmszφ* negat *XCacmswφ*: neget *μκ*

XCVI. Ad Avitum *X*. [2. *om. h.*] 3. Auferumque *X* Siciam *φ*: sic iam *Pb*: Scitiam *Cl*: satiam *A* portumque *l*𝔅: tetricumque *c* 4. Et re tam 𝔓 saturae] patriae 𝔄 cesae *s* 6. faciat *P* et beatum tenues *w* luxoriantur *XA* 7. tibi *XAl et Gryphianae*: ubi *C* 9. conturbaturque *Oμκα*: conturbatrixque 𝔄: conturbatorque *cum reliquis λ*𝔓. macellus *Oszμκαφ*𝔓: macelli *reliqui cum* 𝔄𝔅*m*: conturbatore macello *Heinsius*. 10. oparta *X* 12. Autumnus *h* 13. nec *c* modo praestat *m* 14. posset *XAbφ* Avite] amice *P*

XCVII. * De Numa *TX*. 1. Cum *Cλ* levis] locus *l* arsuro *TOasw* Libytina papiro *T* papyro] *nomen proprium requirit Heinsius.* 2. murram *TXA*: murrham, *corr.* mirrham, *P*: mirram *et* myrram *plerique.* casias *T* fletibus *X*

Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato
    Heredem scripsit me Numa: convaluit.

## XCVIII.

Addat cum mihi Caecubum minister
Idaeo resolutior cinaedo,
Quo nec filia cultior nec uxor,
Nec mater tua, nec soror recumbit,
Vis spectem potius tuas lacernas
Aut citrum vetus Indicosque dentes?
Suspectus tibi ne tamen recumbam,
Praesta de grege sordidaque villa
Tonsos, horridulos, rudes, pusillos
Hircosi mihi filios subulci.
Perdet te dolor hic: habere, Publi,
Mores non potes hos et hos ministros.

## XCIX.

Si Romana forent haec Socratis ora, fuissent
    Iulius in Satyris qualia Rufus habet.

## C.

Quid, stulte, nostris versibus tuos misces?
Cum litigante quid tibi, miser, libro?
Quid congregare cum leonibus vulpes
Aquilisque similes facere noctuas quaeris?

---

3. scribe *A*: scrobrae *b*  pollinctore *TOaszμκα*: polinctore *φλ*: pollictore *w*: pollectore *XAClp*: collectore *bch𝔓 et Beverlandi C.*  paratis *Heinsius.*

XCVIII. Ad Publium *X*.  3. cultor *φ*  5. lucernas *XAP*  6. Ut *AClp*: Et *Obchszφμκα*: Aut *reliqui cum 𝔓*.  curum *s*: atrum *φ*  7. ne tam *XAC*: me tamen *μκ*: nec tamen *bchl*  10. filio *X*  11. Praedet *A*  dolor *XOamswzφλ𝔓* (? pudor *P*): pudor *reliqui.*  habere] abice *h*  12. et hos] echos *X*

XCIX. De Rufo *X*.  1. foret *X*  ora] illa *l*  fuisset *XA*: fuisse *P*  2. Illius *μκ*  Saturis *X*

C. * Ad poetam imperitum *TX*.  [1. 2. *om. T.*]  2. litigantem *XA*: litiganti *l*  4. Aquilis quid *XC*: Aliquis qui *A*: Aquilis quae *P*  non tuas *A*

Habeas licebit alterum pedem Ladae,
Inepte, frustra crure ligneo curres.

## CI.

Elysio redeat si forte remissus ab agro
Ille suo felix Caesare Gabba vetus,
Qui Capitolinum pariter Gabbamque iocantes
Audierit, dicet: „Rustice Gabba, tace.“

## CII.

Qua factus ratione sit requiris,
Qui nunquam futuit, pater Philaenus?
Gaditanus, Avite, dicat istud,
Qui scribit nihil et tamen poeta est.

## CIII.

Municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis,
Ecquid laeta iuvat vestri vos gloria vatis?
Nam decus et nomen famaque vestra sumus,

---

CII, 2. Philoenus? CIII, 2. rapidus

---

5. licet *T* pedes *XA* Laede *XAO*: Ledae *CPabclpswzφ et pr.h*: pede *μϰ* 6. frusta *X*: frustrae *A* ligneo crure curris *h* cruore *Ab* ligneo curris *om. T* curres *OPzφμϰα*: curris *reliqui.*

CI. * De Garba et Capitolino *T*: De Gabba *X*. 1. Elisios credat *X*: Elisius credat *A*: Elysiis (Elyseis *p*) — ab agris *hlp* ab antro 𝔄 2. Gabba *TXA*: Galba *reliqui cum* 𝔓. 3. Quo *Xp* Gabbamque *TXA*𝔓: Galbamque *reliqui.* locantes *P*: vocantes *XAChlw*: vocantem 𝔄: iacentes *m* 4. Gabba *TXC*𝔓: Gaba *A*: Galba *reliqui.*

CII. * De Fileno *T*: Ad Avitum de Fileno *X*. 1. requeris *T* 2. futuit] aliit (*h. e.* saliit) *T* pariter *A*: *om. l* Filenus *T*: Silenus *C*: Philinus *AP*: Philenis *b*: Philenus *vulgo.* 3. Gauditanus *T* dicit at *T* 4. nihil scribit *h* nil *A*

CIII. Ad municipes Bilbilitanos *X*. 1. augusta *A*: auguste *bchlmpswφ*: angusta 𝔓 (? *non P*) Bilbilitanos (Bilbitanos *A*) agri *XA*: Bilbilitanos (*om.* acri) *C*: Bilbilitano (*om.* acri) *p*𝔅: Bilbilis alto 𝔄: Bilbilis agri *Obswμϰα*𝔓 *et pr.h*: Bilbilis acri *cum reliquis m.* 2. quos *Oμϰα*: quem *reliqui cum* 𝔄𝔅*m et bodleiano.* Solo *w*: sola *XA*: soli *c* 3. Et quid *OPφ*: Et qui *A*

Nec sua plus debet tenui Verona Catullo
Meque velit dici non minus illa suum.
Quattuor accessit tricesima messibus aestas,
Ut sine me Cereri rustica liba datis.
Moenia dum colimus dominae pulcherrima Romae,
Mutavere meas Itala regna comas.
Excipitis placida reducem si mente, venimus;
Aspera si geritis corda, redire licet.

## CIV.

I nostro comes, i libelle, Flavo
Longum per mare, sed faventis undae,
Et cursu facili tuisque ventis
Hispanae pete Tarraconis arces.
Illinc te rota tollet et citatus
Altam Bilbilin et tuum Salonem
Quinto forsitan essedo videbis.
Quid mandem tibi, quaeris? Ut sodales
Paucos et veteres et ante brumas
Triginta mihi quattuorque visos
Ipsa protinus a via salutes
Et nostrum admoneas subinde Flavum,
Iucundos mihi nec laboriosos

---

11. reducem placida CIV, 9. sed veteres

---

5. decuit *c* 7. tricesima *P et optimi*: trigesima *deteriores, ut I*, 15, 3. *VI*, 7, 3. mestibus *X*: metibus *b*: mensibus 𝔅: aestibus *A* esta *w:* aetas *C*: cestas *P* 8. Cereris *XAC* 9. Roma *A* [10. *Post hunc versum spatium vacuum in b.*] 10. Itala] sit alga *pr.P* 11. placida reducem *XAPamsw:* reducem (reducere *φ*) placida *reliqui.* si fronte, manemus *Heinsius.* 11. 12. *νοθεύει Gruterus.* 12. libet *Heinsius.*

CIV. Ad libellum suum *X.* 1. i libelle] libelle *A* Flavo *et infra* Flavum *libri omnes.* 2. mares et *P* favetis *h*: flaventis *m* 4. petet *P* Taraconis *φ*: Terraconis *A* 5. et ciatus *b:* incitatus *C* 7. 6. *transponit φ.* 6. Altera *C* Bilbilim *Obhw*: Bylbilin *φ* tuam *Pasw:* meum *Heinsius.* Salonam *P* 7. forsan *sw* essede *X* 8. quae res scit sodales *X*: quaeri scit sodales *A:* quaeris scis sodales *Cabclpsw et pr.h*: ad sodales *corr.h* 9. Paucos, sed *h et Scriverius.* brumam *ACbl* 10. visas *μx* 11. avia *P*: viam *l* 13. Iucundus *A*

Secessus pretio paret salubri,
Qui pigrum faciant tuum parentem.
Haec sunt. Iam tumidus vocat magister
Castigatque moras, et aura portum
Laxavit melior; vale, libelle:
Navem, scis puto, non moratur unus.

---

**14. spatio**

---

14. spatio *Oμκα*: praetio *A et* „*vetustissimus membranaceus*“ *Scriverii:* pretio *reliqui cum* 𝔓*m et Scriverii ceteris.* salubre *l* 15. faciunt *XAC*: faciat *l* 16. tumidus iam *O* tumidos *pr.h:* timidos *XACl et duo Scriverii.* 17. pontum *Heinsius.* 18. Lassavit *pr.z*: Laxa via *bsw:* Lascivit *m* valle *φ* 19. [*om. P.*] nec *XAChl* moratus *A* *In φ non est distinctus finis libri.*

---

# M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER XI.

### I.

Quo tu, quo, liber otiose, tendis
Cultus sidone non cotidiana?
Numquid Parthenium videre? Certe.
Vadas et redeas inevolutus.
Libros non legit ille, sed libellos;
Nec Musis vacat, aut suis vacaret.
Ecquid te satis aestimas beatum,
Contingunt tibi si manus minores?

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.** — I, 2. sindone non quotidiana

---

Apparatus criticus. — *Ad libros superiore libro collatos accedit V, et ab Epigr. XLIX—LXXII. et ab Epigr. CII sqq. B.*

I. Ad libellum sunm *XV*. 1. quo liber] liber *l*: quolibet *w* 2. sidone *XAc*: sydone *μx*: sinode *b*: syndone *Oφ*: sindone *reliqui*. cotidiana *XVP*: quotidiana *reliqui*. 3. vide *l* Certe *XAlp*𝔓, *pr.V* (*corr.V teste Heinsio*), *Arondellianus et quidam codices Scriverii*: certas *Ch et* „*alii codices*" *Scriverii*: tentas (temptas *osw*) *reliqui*. 4. inevolutans *C*: ineuo volutus, *corr.* inrevolutus, *V*: inrevolutus *vel* irrevolutus *Oabchlswμxα*: inevolutus *cum reliquis* 𝔄𝔓*m*. 5. non egit *φ* 6. haud *w*: nec *o* 7. Et quid *Xφ*: Et qui *Oabwμx* extimas *Oabμx et corr.h*: existimas *pr.h* 8. Contiguunt *XA* tibi manus minores *XACs*: tibi (tibi si *l*) manus mitiores *abclwzφ*

Vicini pete porticum Quirini:
Turbam non habet otiosiorem
Pompeius vel Agenoris puella,
Vel primae dominus levis carinae.
Sunt illic duo tresve, qui revolvant
Nostrarum tineas ineptiarum,
Sed cum sponsio fabulaeque lassae
De Scorpo fuerint et Incitato.

## II.

Triste supercilium durique severa Catonis
Frons et aratoris filia Fabricii,
Et personati fastus et regula morum
Quidquid et in tenebris non sumus, ite foras.
Clamant ecce mei † „Io Saturnalia“ versus:
Et licet, et sub te praeside, Nerva, libet.
Lectores tetrici salebrosum ediscite Santram.
Nil mihi vobiscum est: iste liber meus est.

---

12. Carinae    II, 5. mei, bona Saturnalia    6. Et libet — licet.

---

9. Vicinum *Pabcswz*  Quirani *φ*    11. Agenoros *b*: Agenores *P*    13. Sic illic *X et pr.V*    14. tinias *X*: timas *A*    15. lapsae *b*    16. scropo *A*  fuerint et encitato *l*: fuerint enercitato *c*: fuerint incitato *s*: succurrit exercitato (exercitata *h*) *b et margo h*  fuerunt *aw*

II. Ad lectores *X.*    3. ut regula *l*    4. noscumus *s*: dum sumus *z*    5. metiosaturnalia *X*: mitio Saturnalia *A*: mei te Saturnalia *C*: mei in Saturnalia *Veneta* 1503. : mei io Saturnalia *reliqui*: ecce mei iam Saturnalia *Schraderus Emendatt. p. XLVI. et Heinsius, qui et* vos *coniecit*: bona Saturnalia *Scriverii editio altera et Roius.*    6. Et libet 𝔄  praesule *cl*  verna *c et pr.h*  licet *cμκα*𝔄: libet *reliqui cum V*𝔄𝔓*m. Vide Burmann. Anth. Lat. II, p.* 479. [*Hic novum Epigramma incipiunt OPabswzφμκα* „De libello suo“ *vel* „ad Lectores.“ *Conflavit Scriverius ex fide aliquot codicum.*]    7. tetricii salebrosum *A*: tetricus alebrosum *X*: tetricum salebrosum *V*  salabrosum *s*: sale boum *bz*: salebras *o*  edicite *Pabwz*: et dicite *c*  Sanctram *O aliique*: Santrum *Pz*: sanctum *bc*: sacrum *aw*: carmen *l*    8. vobiscum (*om.* est) *l*

## III.

Non urbana mea tantum Pimpleïde gaudent
Otia, nec vacuis auribus ista damus,
Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis
A rigido teritur centurione liber,
Dicitur et nostros cantare Britannia versus.
Quid prodest? Nescit sacculus ista meus.
At quam victuras poteramus pangere chartas
Quantaque Pieria praelia flare tuba,
Cum pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Maecenatem si tibi, Roma, darent!

## IV.

Sacra laresque Phrygum, quos Troiae maluit heres
Quam rapere arsuras Laomedontis opes,
Scriptus et aeterno nunc primum Iuppiter auro
Et soror et summi filia tota patris,
Et qui purpureis iam tertia nomina fastis,
Iane, refers Nervae; vos precor ore pio:
Hunc omnes servate ducem, servate senatum;
Moribus hic vivat principis, ille suis.

---

III, 10. si mihi Roma daret!

---

III. De Augusto et Menecenate (Maecenade *V*) *XV*. 1. turbana *b*: turbata *l* Pipleide *COabchzφμκ*: Pimpeide *X*: Pipeide *AV*: Pileide *lp*: Pieride *P* 2. ne *b* 3. Gethicis *P*: Genicis *A et pr.V*: gelidis *XC*𝔄 maria *P* prunis *b* 4. tergitur *φ*: tegitur *bsw*: legitur *cm* 5. cantate *b* Britania *PV*: Britannica *l* 6. iste *pr.V* 7. Ad *φ* quem *s* pangere *OPμκα*: tangere *reliqui cum duobus Vaticanis et Burmanni quattuor Vossianis in Ovid. Amorr. III*, 12, 17. 8. Quamaque *X*: Quamque *V* 9. Si pia *l* nomina *b* 10. Maetenatem *X* si mihi *Ohμκα et corr.V*: si tibi *reliqui cum P*𝔄, *pr.V et duobus aliis Vaticanis.* darent *Heinsius*: dedit *P*: daret *reliqui.*

IV. Ad deos penates et ceteros *XV*. 1. Laresque] Lares *absw* Troia *XAc*: Troiam *pr.V* heros *amswλ* Trous maluit heros *vel* Tros sibi *Heinsius.* 2. Laumedontis *AVclz* 3. es *μκα*: et *libri cum* 𝔄. primo *ch* 4. sumi *P* nota *Pacmswzφ*: sola *l* 5. Et quid *X et pr.V* 6. refer *pr.V*: referas *A* Noruae *φ* ore pica *A* 8. iuvat *b* principe *z* suis] patris *l*

## V.

Tanta tibi est recti reverentia, Caesar, et aequi,
Quanta Numae fuerat: sed Numa pauper erat.
Ardua res haec est, opibus non tradere mores
Et cum tot Croesos viceris, esse Numam.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si vacuare nemus:
Te colet invictus pro libertate Camillus,
Aurum Fabricius, te tribuente, volet;
Te duce gaudebit Brutus, tibi Sulla cruentus
Imperium tradet, cum positurus erit;
Et te privato cum Caesare Magnus amabit,
Donabit totas et tibi Crassus opes.
Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris
Si Cato reddatur, Caesarianus erit.

## VI.

Unctis falciferi senis diebus,
Regnator quibus imperat fritillus,
Versu ludere non laborioso
Permittis, puto, pileata Roma.
Risisti; licet ergo, nec vetamur.
Pallentes procul hinc abite curae;
Quidquid venerit obvium, loquamur
Morosa sine cogitatione.

---

V, 5. *sqq. novum Epigramma:* „Ad eundem.“ 9. Sylla 14. Caesareanus

---

V. Ad Caesarem *X.* 2. Quanti nunc *pr.V* fuerat] fuit *O* [3. *affert D.*] 4. Croceos *ACl𝔅 et pr.h:* Creteos *X et pr.V* Numa *l* 5. veteris *b* numina *m* partes *𝔓* 6. Elyseum *s* 7. Te colet *zφ𝔓:* Tholet *A:* Tollet *pr.V*: Te nolet *s:* Te volet *reliqui cum corr.V.* invitus *Heinsius.* prae *Lipsius, Salmasius, Heinsius.* 9. Sylla *OPVφ*: Silla *Ab* 10. eris *κ* 11. Magnus habebit *C*

VI. Ad Dyndymum (Dindymum *V*) de Saturnalibus *XV.* 1. Cunctis *elp*: Unctus *O* salliferi *b*: falciferis *P* 3. dicere *awzφ* labioioso *C* 4. Permittit *l:* Permittitis *P* pilleata *XAOVbhφμκ* 5. ego *P* nec] non *Pbcmwzφ* 7. venit *w* 8. Marosa *A*

Misce dimidios, puer, trientes,
Quales Pythagoras dabat Neroni;
Misce, Dindyme, sed frequentiores.
Possum nil ego sobrius; bibenti
Succurrent mihi quindecim poetae.
Da nunc basia, sed Catulliana.
Quae si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

## VII.

Iam certe stupido non dices, Paula, marito,
Ad moechum quotiens longius ire voles,
„Caesar in Albanum iussit me mane venire,
Caesar Circeios.“ Iam stropha talis abit.
Penelopae licet esse tibi sub principe Nerva:
Sed prohibet scabies ingeniumque vetus.
Infelix, quid ages? aegram simulabis amicam?
Haerebit dominae vir comes ipse suae,
Ibit et ad fratrem tecum matremque patremque.
Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Diceret hystericam se forsitan altera moecha
In Sinuessano velle sedere lacu.
Quanto tu melius! quotiens placet ire fututum,
Quae verum mavis dicere, Paula, viro.

---

9. Miscen *A* 10. Phytagoras *AV*: Phitagoras *X*: Pithagores *b* 11. Didyme *φ* 12. libenti *l* 13. Succurrunt *hmμxa et corr.* (*pr. teste Heinsio*) *V* 14. Catuliana *XVb* 15. quod *X* fixit *Heinsius.*

VII. Ad Paulam *X.* 1. cerne *Ps* dicis *Pacwzφ* 2. longus *b* 4. Circeos *μx*: Circaeos *a*: Circelos *b*: Circeoleos *pr.h*: Circellos *s*: Circeio *C* Strophatalis *φ*: strophalis *z* 5. Penelope *OPφμx alii.* 6. ingeniique *𝔄* metus *XA et pr.V* 7. agis *P* 8. ipse] usque *Heinsius.* tuae *pr.h* 9. patremque matremque *abhsw* 10. paris *m* 11. Diceret *mz*𝔓 (? *non P*): Dicet et *reliqui.* hystericam 𝔓 (histericam *P*) *et Iunius*: ethictericam *V*: ictericam *AOhφ*: hectericam *s*: hictericam *reliqui.* se] si *A:* sed *c* forsitam *φ* alter mecham *P* moechum „*sec. et tert. Vatic.*“ *Heinsii.* 12. Insinuesano *Oa:* Insinues sano *as* 14. Quem *aw* pauloviro *V* virum *pr.a*

## VIII.

Lapsa quod externis spirant opobalsama truncis,
    Ultima quod curvo quae cadit aura croco;
Poma quod hiberna maturescentia capsa,
    Arbore quod verna luxuriosus ager;
De Palatinis dominae quod serica praelis,
    Sucina virginea quod regelata manu;
Amphora quod nigri, sed longe fracta, Falerni,
    Quod qui Sicanias detinet hortus apes;
Quod Cosmi redolent alabastra focique deorum,
    Quod modo divitibus lapsa corona comis:
Singula quid dicam? non sunt satis; omnia misce:
    Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen? si propter basia, dicam:
    Jurasti. Nimium scire, Sabine, cupis.

## IX.

Clarus fronde Iovis, Romani fama cothurni,
    Spirat Apellea redditus arte Memor.

---

VIII, 1. Lassa quod hesterni spirant opobalsama drauci, 6. Succina

---

VIII. * De osculo pueri *T:* Ad Sabinum de osculo pueri *X.* 1. Lapsa quod externis spirant opobalsama truncis *Arondellianus Gronovii Diatr. in Stat. I, p.* 165. *Hand.:* Lassa (Lapsa *Ohμλ et margo Gryphii,* Laxa *mzφ*) quod externi (aesterni *X*, haesterni *A*, hexterni *pr.a*, hesterni *TCOVlmφ𝔓* [hesternis pyrantapo balsama *P*] *et palatinus alter*) spirant (spirent *asw*) opobalsama drauci *reliqui.* 2. quod curvo quod *abw*: Coritio quod (Corycio *φ*) *mzφμκα*: Curitio quod *c et margo a*: Corycio quae *O*: quod corieo quae *corr.h:* quod Coryno *corr.V*: quod curvo quae *reliqui cum pr.V*, 𝔓 *et „uno alteroque Scriverii de nota meliore.“* 3. hesterna *l:* externa *h* maturiscentia capra *T* 4. vernat *hlmzφ* luxoriosus *XA* 5. domini *T* scerica *O* pleris *XA et pr.V*: pleri *Cc*: plenis *absw*: palmis *hlp* 6. Sucina *TXAPV*: Succina *reliqui.* quod relegata *μκα:* rege quod altu manu *V*, *corr. marg.* 7. nigris *XAC et pr.V* 8. Siccanias *T* ortus *P* opes *Papswφ*: aquas *pr.V* 9. Quos *V* redorent *pr.T* 10. lassa *p*: laxa 𝔄 11. dicant *C* sint *Heinsius.* satis *om. XA:* satisque *corr.V* omnia *om. T* 11. flagrant *Tac lswz:* fraglant *XAC et pr.V*: flaglant *corr.V* bassia *T* [13. 14. *om. T.*] 13. si praeter *O*: nil praeter *μκα:* si propter *reliqui cum λ𝔄𝔓m et Arondelliano.* 14. Iuro tibi *μκα*: Iurasti *cum reliquis 𝔄𝔓m.*

IX. De statua Memoris *O. In X cum VIII. conflatum.* 2. Apelea *V:* Apollinea 𝔄 minor *z et pr.V*

## X.

Contulit ad Satiras ingentia pectora Turnus.
Cur non ad Memoris carmina? Frater erat.

## XI.

Tolle, puer, calices tepidique toreumata Nili
Et mihi secura pocula trade manu,
Trita patrum labris et tonso pura ministro;
Antiquus mensis restituetur honor.
Te potare decet gemma, qui Mentora frangis
In scaphium moechae, Sardanapalle, tuae.

## XII.

Ius tibi natorum vel septem, Zoïle, detur,
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

## XIII.

Quisquis Flaminiam teris, viator,
Noli nobile praeterire marmor.
Urbis deliciae salesque Nili,
Ars et gratia, lusus et voluptas,
Romani decus et dolor theatri,
Atque omnes Veneres Cupidinesque
Hoc sunt condita, quo Paris, sepulcro.

---

XI, 4. restituatur

---

X. De Memore *X*. 1, saturas *P*: satyras *Oφμκα*: sociras, *om.* ad, *l* 2. Cui *XACclw*𝔅 *et pr.V* eat *XACVmφ*𝔛

XI. Ad puerum suum *O*. [*In X cum X. conflatum.*] 1. toreuma tanili *P* 2. mane *z* 3. libris *pr.V* tonsor *P* 4. Anticus *A*: Antiquis *Ch* restituetur *bchl*: restituitur *XA et pr.V*: restituatur *reliqui*. 5. portare *P* gemmas *C*: gemina *margo h* fingis *margo h* 6. In scapium moethae *XAC* schaphium *bμκ*: scapum *V* Sardanapalle *AOPhlμκ*: Sardanapelle *X*: Sardanopelle *V*: Sardanapaule *C*: Sardanaphale *b*: Sardanapale *reliqui*.

XII. Ad Zoilum *X*. 2. det det tibi *lp*: det nemo tibi *A*

XIII. Ad viatorem *X*. 1. Flamineam *abhs*: Flammineam *μκ* 2. Nobile noli *pr.V* marmur *O* 4. luxus *bcl* 6. veteres *μκ et pr.V* libidinesque *pr.V* que *om.C* 7. condite *O* sepulcrum *l*

## XIV.

Heredes; nolite brevem sepelire colonum:
Nam terra est illi quantulacunque gravis.

## XV.

Sunt chartae mihi, quas Catonis uxor
Et quas horribiles legant Sabinae.
Hic totus volo rideat libellus
Et sit nequior omnibus libellis,
Qui vino madeat nec erubescat
Pingui sordidus esse Cosmiano.
Ludat cum pueris, amet puellas;
Nec per circuitus loquatur illam,
Ex qua nascimur, omnium parentem,
Quam sanctus Numa mentulam vocabat.
Versus hos tamen esse tu memento
Saturnalicios, Apollinaris.
Mores non habet hic meos libellus.

## XVI.

Qui gravis es nimium, potes hinc iam, lector, abire
Quo libet: urbanae scripsimus ista togae.
Nam mea Lampsacio lascivit pagina versu
Et Tartessiaca concrepat aera manu.

---

XVI, 4. Tartissiaca

---

XIV. * Ad heredes *T*: Ad viatorem *X*. 1. Heredos *T* sepelire brevem nolite *l* colonom *pr.T* 2. terrae *A* quantolacunque *T*

XV. De libro suo *X*. 1. [*om. XACV et pr.p.*] qua *b* 2. qua *P* 5. Quin *Gryphianae.* nec] et *s* 8. loquar *A* 9. nascitur *cφ* 10. vocabit *bl* 12. Appollinaris *P*: Apollinares *pr.h* 13. hic *om. x* meos *Phz et Florentinus Scriverii*, *Douza*, *Heinsius*: meus *reliqui*.

XVI. * Ad lectorem *TX*. 1. Quis *w* hic *XA* 2. Quod *TV* ista] ita *A* [3. 4. *om. T.*] 3. Iam *m* me Lamsacio *XA*: mea iam psacio *b*: mea iam Latio *C*: mea iam Saphico *c*: mea iam sano (sono *w*) *sw*: mea lassato *lp*𝔅: mea laxato *h* 4. Tartesiaca *OPφ*: Tarpesiaca *Cabclp et pr.h*: Tarpesiaco *XA*𝔅: Tampersiaco *V* ora *XACl et pr.V*: ea *b*

O quotiens rigida pulsabis pallia vena,
Sis gravior Curio Fabricioque licet!
Tu quoque nequitias nostri lususque libelli
Uda puella legas, sis Patavina licet.
Erubuit posuitque meum Lucretia librum;
Sed coram Bruto; Brute, recede: leget.

## XVII.

Non omnis nostri nocturna est pagina libri:
Invenies et quod mane, Sabine, legas.

## XVIII.

Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis;
Sed rus est mihi maius in fenestra.
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
In quo ruta facit nemus Dianae,
Argutae tegit ala quod cicadae,
Quod formica die comedit uno,
Clusae cui folium rosae corona est;
In quo non magis invenitur herba,
Quam Cosmi folium piperve crudum;
In quo nec cucumis iacere rectus,
Nec serpens habitare tota possit,

---

XIX, 5. Arguta

---

5. O *om. P* regida *φ* pulsabit *Ph et pr.w*: pulsavit *A*: pulsabas *s* 6. Sic *T*: Sit *l*: Bis *w* Curior *A* licet] fecit *P* 7. nequitiasque nostri *T* 8. Und puella legas sis pata uma licet *T* sis Patavina bibes *z*: si stata vina bibas (bibes *l*) *vel* bibes *l*𝔅: stataque (strataque *s*) vina bibes *abchswφ* 9. Accubuit *c* 10. Sectorambruto *A* Brute *om. T*

XVII. * Ad Sabinum *TX*. [*In P conflatum cum XVI.*] 1. omnes *X* 2. et *om. b* leges *aw*

XVIII. * Ad Lupum de rure donatum *T*: Ad Lupum *X*. 2. magis *T* 3. ditere *Xb* 4. rura *mw*: rupta *pr.P* Deanae *T* 5. Arguta et egit *A*: Arguta tegit *X* quo *s* 7. Clusae *TXOPaczφ*: Clausae *reliqui.* 8. maior *hp* 9. Quas *T* Cosmi *Tbs*𝔓: costi *reliqui.* piperque *l*: piper ut *O* 10. nec *om. A* cocumis *T* latere 𝔅 11. Non serpens *φ* tuta *Iunianae.* latitare torta *Valckenarius in Theocriti Adoniaz. p.* 79.

Erucam male pascit hortus unam,
Consumpto moritur culex salicto,
Et talpa est mihi fossor atque arator.
Non boletus hiare, non mariscae
Ridere aut violae patere possunt.
Fines mus populatur et colono
Tanquam sus Calydonius timetur,
Et sublata volantis ungue Prognes
In nido seges est hirundinino;
Et cum stet sine falce mentulaque,
Non est dimidio locus Priapo.
Vix implet cochleam peracta messis
Et mustum nuce condimus picata.
Errasti, Lupe, littera sed una.
Nam quo tempore praedium dedisti,
Mallem tu mihi prandium dedisses.

## XIX.

Quaeris, cur nolim te ducere, Galla? Diserta es.
Saepe soloecismum mentula nostra facit.

## XX.

Caesaris Augusti lascivos, livide, versus
Sex lege, qui tristis verba latina legis:

---

19. Procnes

---

12. Urucam *T*: Aurucam *V*: Urticam *sw et pr.h*: Viricam *p* pascis *XV* 13. Cum sumpto *XOV* immoritur *Heinsius.* culix *TXACOV* calicto *C*: salito *P* 14. et arator *h* 15. hiareve *p et pr.h* nec *p* 16. violo *w* parere *c* 17. Finis *XACV* populator *O* 18. suus *s* 19. ungues *P* Prognes *TOPbhφ*: Procnes *reliqui.* 20. sedes *cs* hirundinio *μ*: irundinino *φ*: hirundino *C*: hirundineo *hlp* 21. stat *z* metulaque *T* 22. Priappo *T* 23. cocleam *PTb*: cochlear *l*: coclear 𝔅: cocleare *p* parata *P* mensis *z* 24. spicata *P* 25. litteris duabus *codex Pulmanni.* 26. Nam] Non *z* 27. „*vel*“ tum *m*

XIX. * Ad Gallam *X*: *nullum lemma T.* 1. est *A et Iunianae.* 2. solocismum *s*

XX. Ad lectorem *X*. [*Post versum* 2. *XACPVabchlmswz novum incipiunt Epigramma „Ad Fulviam“ vel similiter inscriptum.*]

*Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam*
*Fulvia constituit, se quoque uti futuam.*
*Fulviam ego ut futuam? quid si me Manius oret,*
*Paedicem, faciam? non puto, si sapiam.*
*„Aut futue, aut pugnemus“ ait. Quid, quod mihi vita*
*Carior est ipsa mentula? Signa canant!*
Absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

## XXI.

Lydia tam laxa est, equitis quam culus aheni,
Quam celer arguto qui sonat aere trochus;
Quam rota transmisso totiens intacta petauro,
Quam vetus a crassa calceus udus aqua;
Quam quae rara vagos expectant retia turdos,
Quam Pompeiano vela negata Noto;
Quam quae de phthisico lapsa est armilla cinaedo,
Culcita Leuconico quam viduata suo;
Quam veteres bracae Britonis pauperis et quam
Turpe Ravennatis guttur onocrotali.

---

XXI, 3. impacta 9. braccae

---

3. fuit *A* Glaphyran *XACcla:* Glafiran *P:* Glaphyram *Oabhsw φμκ:* Glaphyren *reliqui.* 4. ut *XA*: quod *Cφ:* vult *hlp:* ego 𝔛 5. si se *Heinsius.* Mānius *φ*: Mamius *XA*: Mammius *abh*: si māmanius *P* 8. canat *CPabcswzφ* [*Post versum* 8. *novum Epigramma* „Ad Augustum“ *faciunt XACPabchlmswzφ.*] 9. nimium *h* *Vid. Weichert Vita Augusti II*, §. 3.

XXI. * De Lydia (Lidia *T*) *TX.* 1. lassa *bhlsw*: lapsa *cz* 2. cerer *A:* ceres *pr.V*: teres *Heinsius.* trocus *TOb*: throcus *X* 3. rora *T*: rata *abw* quotiens *abhw* intacta *T et Scaliger:* inpacta *vel* impacta *reliqui cum P et Scriverii libris:* infarta *Heinsius.* 4. ac crassa *acsw:* at crassa *l:* aut crassa *m*: et crassa *zφ* 5. vagus *A:* vago *h* exspectent *XAC* 6. nuto *X:* voto *b* 7. de phthisico 𝔓 (pthisico *P*) *et* „*optimus codex*“ *Scriverii*: de psitico *T:* de phisico *m*: de phitico *XAChp et corr.V:* dephiteco „*alii*“ *Scriverii*: de phitio *z*: de phidico *l:* delphitico *Oaswλα:* delphytico *μκ*: delphitio *bcφ* lassa *hpw* nicedo *A* 8. Culcita quam, pluma quae viduata sua est *codex Pulmanni.* Culcitra *Oabchlswφμκα* Leuconio *COabchlswzφ:* Leucanio *m:* Lingonio *μκ*: Leuconico *cum reliquis Pλ.* 9. veteris *V* bracae *XAhφ*: biacae *b*: brachae *reliqui.* Brittonis *V:* Prittonis *XAl* 10. Rapennatis *A:* Ravennati *P* guttur] tutor *T teste Heinsio.* onocratali *T*: onacrotuli *O:* anocrotali *cl*: onutrotali *XA*: gutture mitrotali *C*: amicrotali *absw et pr.h:* amicotrali *p*

Hanc in piscina dicor futuisse marina.
Nescio; piscinam me futuisse puto.

## XXII.

Mollia quod nivei duro teris ore Galaesi
Basia, quod nudo cum Ganymede iaces,
—Quis negat?—hoc nimium est. Sed sit satis; inguina saltem
Parce fututrici sollicitare manu.
Levibus in pueris plus haec, quam mentula, peccat,
Et faciunt digiti praecipitantque virum.
Inde tragus celeresque pili mirandaque matri
Barba, nec in clara balnea luce placent.
Divisit natura marem: pars una puellis,
Una viris genita est. Utere parte tua.

## XXIII.

Nubere Sila mihi nulla non lege parata est;
Sed Silam nulla ducere lege volo.
Cum tamen instaret „decies mihi dotis in auro
Sponsa dabis" dixi: quid minus esse potest?
„Nec futuam quamvis prima te nocte maritus,
Communis tecum nec mihi lectus erit;

---

XXII, 3. Quis negat hoc nimium? sed 9. mares:

---

11. piscinna *φ* ducor saliisse *T*: dicor fuisse *A* 12. Nec scio *Heinsius.* me] nec *aw* saliisse *T*: fuisse *A*

XXII. * De Poebo *T*: De Foebo *X*. 1. vinei *O* tegis *P*: geris *l* 2. Bassia *T* Ianimede *T* taces *s* 3. nimium est *Pzφ*: nimium *reliqui.* ne sit satis *XACl et pr.V* 4. salatrici *T* 5. Lusibus inpuris *T*: Lenibus in pueris *s* plus hoc *z*: plus habet *X* 6. Sed *s* 7. tragos *T* maceleres pili *wφ* 9. Dimisit *bc* natura matrem, *corr.* marem, *P*: naturam arem *T*: natura mares *reliqui.* 10. genita est] superest *o* parce *a*

XXIII. * De Sila *TX*. 1. Silla *abφ*: Sylla *hμκα*: Scylla *clz* paratur *hlp* 2. lego *T* volo] potest *pr.V* 3. deciens *T* 4. dabis mihi dixi *T* dixit *P*: inquit *l* quod *T teste Heinsio.* 5. Nec saliam *T*: Nec futuat *pr.V*: Ut futuam *aw* 6. Comminus *X*

Complectarque meam, nec tu prohibebis, amicam,
Ancillam mittes et mihi iussa tuam.
Te spectante dabit nobis lasciva minister
Basia, sive meus, sive erit ille tuus.
Ad cenam venies, sed sic divisa recumbes,
Ut non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis et non dabis ultro;
Nec quasi nupta dabis, sed quasi mater anus.
Si potes ista pati, si nil perferre recusas,
Invenies qui te ducere, Sila, velit."

## XXIV.

Dum te prosequor et domum reduco,
Aurem dum tibi praesto garrienti,
Et quidquid loqueris facisque laudo,
Quot versus poterant, Labulle, nasci?
Hoc damnum tibi non videtur esse,
Si quod Roma legit, requirit hospes,
Non deridet eques, tenet senator,
Laudat causidicus, poeta carpit,
Propter te perit? hoc Labulle, verum est?
Hoc quisquam ferat, ut tibi tuorum
Sit maior numerus togatulorum,
Librorum mihi sit minor meorum?
Triginta prope iam diebus una est

---

XXIII, 13. sed non dabis

---

7. tuam *z*: meum — amicum *l* 8. mittes et *Vh*𝔓: mitte sed *T*: mittes sed *reliqui.* 10. Bassia *T*: Oscula *l* 12. tangatur *X* tui *T* 13. et non *TXACVμxα*: sed non dabis *cum reliquis tres Gruteri* (*P.*) 15. recurras *T*: recuses *Cl* 16. quid te *X* volet *hp*

XXIV. Ad Labullum X. 1. Cum *Ccz* persequor *awφλ* 2. Aureum *μ* praesto tibi *bhsw* garriente *V* 3. faciesque *X* 4. Quod *A* Fabule *P* 6. Si quid *abmwφ*𝔄 leget *C* 7. ridet *absw* senatus *XCObmswzφ* 8. carpat *X teste Heinsio.* 9. te] esse *bs* fabullae *P* hoc verum L. est *b* 11. Sic *φ* togulatorum *OPaswφμx* 12. Librarum — mearum *l* sit] fit *φ* 13. iam prope *O* est *om. abswφ*

Nobis pagina vix peracta. Sic fit,
Cum cenare domi poeta non vult.

## XXV.

Illa salax nimium, nec paucis nota puellis
Stare Lino desît mentula. Lingua, cave.

## XXVI.

O mihi grata quies, o blanda, Telesphore, cura,
Qualis in amplexu non fuit ante meo:
Basia da nobis vetulo, puer, uda Falerno,
Pocula da labris facta minora tuis.
Addideris super haec Veneris si gaudia vera,
Esse negem melius cum Ganymede Iovi.

## XXVII.

Ferreus es, si stare potest tibi mentula, Flacce,
Cum te sex cyathos orat amica gari,
Vel duo frusta rogat cybii tenuemve lacertum,
Nec dignam toto se botryone putat;
Cui portat gaudens ancilla parapside rubra
Hallecem, sed quam protinus illa voret;

---

XXVII, 6. Alecem

---

14. vix *om. s* parata *P* sic fit *Omzα𝔓*: sic est *cum reliquis Vaticani.* 15. poeta non vult *z et Gruterus:* non vult poeta *cum reliquis Vaticani et Gruteriani: an ausus est iocosus poeta ne-vult poeta?*

XXV. De Lino *X.* 1. salix *X*: saglax *P* nec in paucis *A* libellis *cmz* 2. liga *C* cave] tace *e*

XXVI. * Ad Telesforum puerum *T*: Ad Telesphorum *X.* 1. Thelesfore *T*: Telephore *c*: Thelefore *s* 3. una *A* [5. 6. *om. T.*] 5. verae *Heinsius.* 6. cum] nunc *l* Iovem *z*

XXVII. * Ad Flaccum de amica *T*: Ad Flaccum *X.* 1. si *om. μ* 2. orat] rogat *x* gari *TOmz𝔓λ et margo Gryphii*: cari *A*: dare *Ca:* dari *cum reliquis 𝔄 et Vaticani.* [3. 4. *om. T.*] 3. frustra *Pbhwφμ* cybili *μx*: cybis *X*: cibis *A*: cibus *Pb:* tibiae *acswzφ:* carnis *Chlp* tenuemque *Pczφ* 4. tota *z* se] ne *V* 5. Cum *T*: Quoi *φ* parapside *TCOφ𝔄𝔓*: parasside *abwz et pr.h*: paraxide *cl et corr.h*: paraside *s:* parobside *palatinus alter*: paropside *reliqui.* 6. Hallecem *XA:* Allecem *PTVabhφ*: Alecem *reliqui.* quam *om. XA*: quem *Cclz et corr.a*: quae *bhps et pr.a* vorat *l*: vocaret *T:* vorent *abw*

Aut cum perfricuit frontem posuitque pudorem,
Sucida palliolo vellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica,
Aut virides gemmas sardonychasve pares,
Nec nisi prima velit de Tusco serica vico,
Aut centum aureolos sic velut aera roget.
Nunc tu velle putas haec me donare puellae?
Nolo, sed his ut sit digna puella, volo.

## XXVIII.

Invasit medici Nasica phreneticus Eucti
Et percidit Hylan. Hic, puto, sanus erat.

## XXIX.

Languida cum vetula tractare virilia dextra
Coepisti, iugulor pollice, Phylli, tuo.
Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis,
Horis me refici vix puto posse decem.

---

8. Succida  XXVIII, 1. Aucti  2. hîc

---

7. perfriguit *T*  posuitque] amisitque *l*  8. Sucida *TAP:* Succida *reliqui.*  palliole *l*  quinque dedit petit *pr.T*  10. Sardonicasve *P aliique*: Sardocasue *T*: Sardonychasque *l et pr.h*  11. nisi] nuri *b*  serica] vellera *pr.h*  12. auleolos *T* sic velit *aw:* si velut *l*: si velit *cφ*  rogat *T*  13. Nunc te *cz*: Num tu *h et bodleianus*: Non tu *as*  putas *om. l*: putes *pr.A*  haec (hoc *T*) me donare *TC*𝔓 (? *non P*): haec me dare dona *reliqui.*  14. ut his sit *h*

XXVIII. * De Eucto *T*: De Aucto *X:* Ad Euclium *φ.* 1. Invisit *p*  medici nasica phreneticus aucti *O*: medicina sica (sicca *T*) phreneticus (freneticus *PT*) Aucti (Eucti *T*, Eucli *P*, ducti *XA*) *TXA*𝔓 *et* „*meliores*" *Scriverii*, *qui ait* „*in aliis* Eucti, *nusquam* Eucli": medicus sica (sicca *μx*) phreneticus Aucti (Eucli *αcmφμxα*) *Caclmφλμxα*: medicus (medicum *h*𝔛) nasica (sicca *margo h*) freneticus Aucti (sica — Eucli *margo p*) *hp*𝔛*:* medicum sica phreneticus Eucli *bswz*𝔇*:* medicum sica nephreticus Euclis *Scaliger.* 2. percidit *TXACabwzφ*𝔓 *et Vaticani*: praecidit *reliqui.* Hylam *O*: Hilam *bw*  erat] est *T*

XXIX. * Ad Phillada masturbaticem *T*: *in* X *cum XXVIII. conflatum.*  1. viria, *corr.* vilia, *T*  2. Iugolor *pr.T* 3. murem *XAC*𝔛𝔓, „*vetustissimi quique*" *Ang. Politiani Miscell. XCV. et* „*vetustiores*" *Scriverii:* fratrem *codex Pulmanni*: vitam *reliqui cum T.*  me vitam tu cum *V*: cum mea lumina *XA*: *an* tu cum mea?  4. refeci *T*  vix posse puto *φ*

Blanditias nescis: „dabo“ dic „tibi milia centum
Et dabo Setini iugera certa soli;
Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas.“
Nil opus est digitis: sic mihi, Phylli, frica.

## XXX.

Os male causidicis et dicis olere poetis.
Sed fellatori, Zoïle, peius olet.

## XXXI.

Atreus Caecilius cucurbitarum
Sic illas quasi filios Thyestae
In partes lacerat secatque mille.
Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret alterave cena,
Has cena tibi tertia reponet.
Hinc seras epidipnidas parabit,
Hinc pistor fatuas facit placentas,
Hinc et multiplices struit tabellas
Et notas caryotidas theatris;
Hinc exit varium coco minutal,
Ut lentem positam fabamque credas:
Boletos imitatur et botellos,

---

**XXIX, 6. culta soli; XXXI, 13. imitantur**

---

5. dabo dicti milia *XA:* dabo dic mihi *l:* dabo dic mihi tibi *h* centum] quinque *z* 6. Dic, dabo *Heinsius.* Sentini *T*: Sedini *XC* iugere *pr.h* certa *T*: culta *reliqui.* soli] sibi *X* 7. chrysendeca *X:* chrysen data *O*: chrisenteda *a* 8. digiti *T* ferica *T*

XXX. Ad Zoilum *X.* 1. causidici *P* dicis] dicis idem *l* poetas *a*

XXXI. * In Caecilium *X.* 2. illos *μx* filias *φ* thyaestate *pr.A* 4. edens 𝔄 5. refert *l:* fert *c*: inferet *Heinsius.* cena] mensa *Leidensis Burmanni in Ovid. Metam. I*, 165. 7. sera sepidipnidas *P* epidipmiclas *XA*: epidimnidas *cl et pr.V*: epidinnicas 𝔅: epidimneas *s*: epidinneas *aw*: epinpineas *b et pr.h* paravit *XACl* 8. Huic *φ* facit fatuas *XACOV*: placidas facit *Pz:* farnas (farnos *a*, farreas *margo*) facit *absw* faciet *φ:* facit et *c*: fecit *l* 9. et per multiplices *h* 10. cariotydas *P:* cariotas *b* et theatris *c* 11. vario *h* coquo *bhφ* minutas *w* 13. imitatus *abcmw et pr.h*

Et caudam cybii brevesque maenas:
Hinc cellarius experitur artes,
Ut condat vario vafer sapore
In rutae folium Capelliana.
Sic implet gabatas parapsidesque,
Et leves scutulas cavasque lances.
Hoc lautum vocat, hoc putat venustum,
Unum ponere ferculis tot assem.

## XXXII.

Nec toga nec focus est nec tritus cimice lectus,
Nec tibi de bibula sarta palude teges,
Nec puer aut senior, nulla est ancilla nec infans,
Nec sera nec clavis nec canis atque calix.
Tu tamen affectas, Nestor, dici atque videri
Pauper, et in populo quaeris habere locum.
Mentiris vanoque tibi blandiris honore.
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

## XXXIII.

Saepius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Pervenit et victor praemia plura refert.
I nunc, livor edax, dic te cessisse Neroni;
Vicit nimirum non Nero, sed Prasinus.

---

17. In ruta 20. putat, hoc putat

---

14. cybili *Aμϰ*: cibili *XCVhp*: cibi *absw*: tibii *zφ*: libili *l* libresque *aswλ* menas *XAP alii.* 15. expediritur *A* 16. credat 𝔓 vaffer *V*: vasfer *A* 17. In ruta *Gryphianae.* Capilliana *XOVλ*: Capellianae *l* 18. parapsidesque *XOφ*𝔓 (? *non P*): parassidesque *bcswz*: paraxidesque *hl*: paropsidesque *ACPpμϰ*: parossidesque *a*: paropsidasque *α* 19. scitulas *C*: scutellas *s* 20. vocat] putat *bhz* 21. to assem *h*

XXXII. * Ad Nestorem *TX*. 1. [*om. P.*] cimile *XAC* 2. sarca *XC*: sarra *b*: farta *s* tegas *T teste Heinsio.* 3. est *om. C* ne infans *A* 4. canix *P* atque] arca *Heinsius.* 5. noster *T* 7. vanoque] blandoque *c* blandiris] mentiris *l* 8. [*Affert D.*] Nec est *z*

XXXIII. De Prasino *X*. 2. praelia *z* 3. I nunc (*sic*) *O*: In hunc *X* dic tu *a*: dic te *reliqui cum* 𝔛 *et Gruterianis.* 4. Vincit *A*

## XXXIV.

Aedes emit Aper, sed quas nec noctua vellet
Esse suas; adeo nigra vetusque casa est.
Vicinos illic nitidus Maro possidet hortos.
Cenabit belle, non habitabit Aper.

## XXXV.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus ad te,
Miraris quererisque litigasque.
Solus ceno, Fabulle, non libenter.

## XXXVI.

Gaius hanc lucem gemma mihi Iulius alba
Signat, io, votis redditus, ecce, meis.
Desperasse iuvat veluti iam rupta sororum
Fila; minus gaudent qui timuere nihil.
Hypne, quid expectas piger? immortale Falernum
Funde, senem poscunt talia vota cadum.
Quincunces et sex cyathos bessemque bibamus,
Gaius ut fiat Iulius et Proculus.

## XXXVII.

Zoïle, quid tota gemmam praecingere libra

---

XXXIV, 3. illi XXXV, 2. a te, 4. lubenter.
XXXVI, 1. Caïus 8. Caius

---

XXXIV. * De Apro *TX*. 1. Sedes *T* Afer *l* non *s* 2. ideo *T* 3. illic *T*: illi *reliqui*. nitidos *T teste Heinsio*. Matho *Heinsius*. possedet hortus *T* 4. Coenavit *T*: Cenabis *b* habitavit *T*

XXXV. Ad Fabullum *X*. 1. vocas *c* 2. ad te *XAlp et corr.h*: a te *reliqui*.

XXXVI. De Gaio *X*. 1. 8. Gaius *PXACVc*: Caius *reliqui*. gemina *awφ* 2. Signa *w* redditur *A* 3. rapta *V* 4. [Minus — nichil *affert D.*] timere *X* 5. Hynne *μ*: Hinne *h* piper *A*: puer *c* mortale *l* Falerno *XAV* 7. Quicunces *X* besemque *P*: bassemque *α*

XXXVII. * Ad Zoilum *TX*. 1. toga *w*: totam (tota *Ah*) — libram (libra *CP et corr.h*) *XACPVl et pr.h*: totam gemmae — libram *Roius*. gemma *T*: geminam *φ* procingere *h*: praecidere *czφ*

Te iuvat et miserum perdere sardonycha?
Annulus iste tuus fuerat modo cruribus aptus.
Non eadem digitis pondera conveniunt.

## XXXVIII.

Mulio viginti venit modo milibus, Aule.
Miraris pretium tam grave? surdus erat.

## XXXIX.

Cunarum fueras motor, Charideme, mearum
Et pueri custos assiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non crevi; te noster vilicus horret,
Te dispensator, te domus ipsa pavet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare;
Nil mihi vis et vis cuncta licere tibi.
Corripis, observas, quereris, suspiria ducis,
Et vix a ferulis temperat ira tua.
Si Tyrios sumpsi cultus unxive capillos,
Exclamas „Nunquam fecerat ista pater."

---

XXXVII, 3. tuis XXXVIII, 1. Aucte. XXXIX, 10. a ferulis abstinet ira manum.

---

2. miseram *ch* sardonica *P aliique*: sardonicam *vel* sardonicham *TXACVbchlsw* 3. tuus *TPabchlwφ*: tuis *reliqui*. modo] nunc *c*

XXXVIII. Ad Aulum *XV*. 1. Aulio *z* aulae *μκ*: Aucte *Aabwzφ*: apte *c*

XXXIX. * Ad Caridemum *T*: Ad Charidemum *X*. 1. Cunarum *C*: Curarum *Oahzφ*: Causarum *b* modor *X*: monitor *Oabchlmwzφ*: monitor „*vel*" motor *λ* Charime (*om.* mearum) *X* 2. adsiduisque *T* 3. tunsa *T* 4. labiis *l* iuncta *T* puellis *A*: puella tuis *X*: puella suis *V* 5. Si *acwzφ* crevi *XAChlλα*: crevit *reliqui cum Gruterianis* (*P.*) 6. ipse *T* 7. promittis *l* 8. et ius cuncta *φ* 9. queris *T* suspicia *V* 10. temperat ira tua 𝔅: temperat ira sua *T teste Heinsio et Boissonadio*: temperat ira manum *margo Gryphii*: abstinet ira manum (manus *aswz*) *reliqui*: temperat ira sibi *vel* suis *Heinsius*, *provocans ad notas suas in Virg. Georg. I*, 360. 11. Styrios *X* unxique *lz et pr.w*: uncxive *T* 12. Et clamas *s*

Et numeras nostros astricta fronte trientes,
    Tanquam de cella sit cadus ille tua.
Desine; non possum libertum ferre Catonem.
    Esse virum iam me dicet amica tibi.

## XL.

Formosam Glyceran amat Lupercus
Et solus tenet imperatque solus.
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur et roganti
Causam reddere vellet Aeliano,
Respondit, Glycerae dolere dentes.

## XLI.

Indulget pecori nimium dum pastòr Amyntas
    Et gaudet fama luxuriaque gregis,
Cedentes oneri ramos silvamque fluentem
    Vicit, concussas ipse secutus opes.
Triste nemus dirae vetuit superesse rapinae
    Damnavitque rogis noxia ligna pater.
Pingues, Lygde, sues habeat vicinus Iollas:
    Te satis est nobis annumerare pecus.

## XLII.

Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis
    Lemmata. Quid fieri, Caeciliane, potest?

---

**XL, 1. Glyceren     XLI, 7. Iolas:     XLII, 2. qui fieri**

---

13. abstricta *Tω* triantis *T*: clientes *aczφ* 14. celsa *P* 15. libertum non possum *h* possim *corr. T* 16. decet 𝔅

XL. De Glycera et Luperco *X*. 1. Glyceran *Pφ*: Gliceran *O*: Glyceren *α*: Glyceram *vel* Gliceram *reliqui*. 5. velles *XAl* Aelieno *z*: Seliano *Cahlsωφμκα* 6. Respondet *margo p et α* dolore *Aω*

CVIII. Ad lectorem *X.* 1. satis *absw* 2. lecto *s* rogas *h*, *margo* petis.

Sed Lupus usuram puerique diaria poscunt.
Lector, salve. Taces dissimulasque? Vale.

---

3. Si *b*: Sic *am* dyaria *P* 4. salve *abcsw et* „*libri veteres*" *Scriverii ad III*, 4. *p*. 85.: solve *reliqui*. vale] lege *c*

# M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER XII.

### *Val. Martialis Prisco suo S.*

Scio me patrocinium debere contumacissimae triennii desidiae; quo absolvenda non esset inter illas quoque urbicas occupationes, quibus facilius consequimur, ut molesti potius, quam ut officiosi esse videamur; nedum in hac provinciali solitudine, ubi nisi etiam intemperanter studemus, et sine solatio, et sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem; in qua hoc

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. —**
**2. quae absolvenda 3. occupationes urbicas, 4. quam officiosi 6. studeamus**

---

**Apparatus criticus.** — *Ad libros collatos accedunt quaedam Excerpta trium codicum Vindobonensium*, (*Vindob.* 1. 2. 3.) *Sed codex a non iam est collatus.*

*Epistola.* [*Om. z.*] 1. Spero *b𝔅 et pr.hp* contumacissimi *corr.h* trienni *XV Vindob.* 3: terenni *pr.h* 2. quo absolvenda *XABCV Vindob.3.bchlpsφ𝔅*: absolvenda (*om.* quo) *P*: quod obsolvenda *m*: quae absolvenda *reliqui.* urbicas occupationes *XAP Vindob.* 1. 3. *bhswφλ*: urbicas observationes *BV*: occupationes urbicas *reliqui.* 3. facile *O* non sequimur *A* 4. quam ut officiosi *Pbw*: quam officiosi *reliqui.* esse *om. h* 5. ne dum *O*: ut dum *sw*: dum *XABCV Vindob.3.lp* sollicitudine *P* ubi non nisi *hp𝔅* 6. studeamus *Obcswφμκα*: studemus *cum reliquis V𝔓.* et sine] ut sine *l* et sine] sine *l* 7. successimus *s*

maximum et primum est, quod civitatis aures, quibus assueveram, quaero, et videor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim, quod in libellis meis placeat, dictavit auditor. Illam iudiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, convictus, in quibus studere se voluptates non sentiunt, ad summam omnium illa, quae delicati reliquimus, desideramus quasi destituti. Accedit his municipalium rubigo dentium et iudicii loco livor, et unus aut alter mali, in pusillo loco multi; adversus quod difficile est habere cotidie bonum stomachum. Ne mireris igitur abiecta ab indignante quae a gestiente fieri solebant. Ne quid tamen et advenienti tibi ab urbe et exigenti negarem, — cui non refero gratiam, si tantum ea praesto quae possum, — imperavi mihi, quod indulgere consueram;

---

10. Si quid est enim in libellis meis, quod placeat 12. conventus 14. quasi destituti desideramus. 18. quotidie 22. possim, consueveram

---

8. maximum et primum hoc est *l*: in qua ergo maximum et primum est *b* hoc *om. c* civitatis] cunctis *b* quod cunctis quibus aures assueveram *s* 9. litigasse *P* 10. Si quidem enim *X*: Si quid enim *C* quod in libellis meis placeat (placet *bswφ*) *XABCbhlswφ𝔇*: quod *om. P*: in libellis meis quod placeat *reliqui.*

11. Illam illam *h* suptilitatem *X*: sublimitatem *c*: simplicitatem *m* 12. convictus *XACV Vindob. 3. hlmpφ𝔇*: convictis *B*: convinctus 𝔅: coniunctus *b*: *om. sw*: conventus *OPcμκα* 13. in *om. O* in quibus] omnibus *XABCVlp𝔅*: *an* omnia, in quibus? se] et *w* voluptates *p et Gruterus*: volumtates *A*: voluptatibus *OPφμκα et pr. h*: studere se omnibus seculis *λ*: voluntates *reliqui.* 14. illa quae *XABCP Vindob. 3. 𝔇*: illud quod 𝔄: ea quae *reliqui.* delicati 𝔓: delicate *reliqui cum 𝔇 et Vindob.* 1. 2. 3. reliquimus — desideramus *om. P* relinquimus *Obhw*: delinquimus *l𝔅* quasi destituti desideramus *μκα*: quasi destituta desideramus *m*: desideramus quasi destituti *cum reliquis PV𝔇.* 15. Accedit his autem *p𝔅*: Accedit autem his *h*: Accedunt his *Obsμκ* municipialium *A* 16. gentium *l* iudicis 𝔓 aut alter. alii male in pusillo *φ* aut alter alii *P* 17. adversus quod *ABclmswφ𝔄𝔓*: adversus quos *reliqui.* 18. cotidie *XBP*: quotidie *reliqui.* quotidie habere *hs* abiecta *om. l* 19. gesciente *O* 20. tamen] inde *l* 21. cui refero (*om.* non) *XBCV* gramen *s* si tanto ea *b*: si tamen ea *w* praestabo *hp𝔅* 22. possum *COPhλ*: possim *reliqui.* imperabo *XACO Vindob. 1. 2. 3. bchlswλφμκα et corr. V* quid *w*: cui *φμκα*: quis *b* consueram *XAB*: censueram 𝔄: consueveram *reliqui.*

et studui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria sua. Tu velim ista, quae tantum apud te non periclitantur, diligenter aestimare et excutere non graveris; et, quod tibi difficillimum est, de nugis nostris iudices nitore seposito, ne Romam, si ita decreveris, non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.

## I.

Retia dum cessant latratoresque Molossi,
    Et non invento silva quiescit apro,
Otia, Prisce, brevi poteris donare libello.
    Hora nec aestiva est, nec tibi tota perit.

## II.

Quae modo litoreos ibatis carmina Pyrgos,
    Ite sacra; iam non pulverulenta via est.

## III.

Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas,
    Ibis, io, Romam nunc peregrine liber,

---

23. studii *Xp*: statui *bcswφμκα*: studui *cum reliquis* 𝔄𝔓. 24. adventoriam (*om.* sua) *XBCVhlpw*: adventoria (*om.* sua) *AO et Iunianae.* Tum velim *P*: Iam tu velim *φ*: Te velim *Gryphianae.* quae tantum apud te non (non *om. O*) periclitantur *Ohpφμκα*: quae tantum non (quietantum non *XB*) apud te non periclitantur *XABCV*: quae non apud te tantum periclitantur *blsw*: quae apud te tum non periclitantur *P*: quae apud tantum periclitantur *c* 25. existimare 𝔅*bchl* 26. quoad tibi difficillimum non est *O*: quod difficillimum tibi est *bswφ* 27. de nostris nugis *B* iudices *om. C* nidore *PVbcsw*: livore „*vel* nidore" *m*: livore *φμκ* 28. decrever *A*: decrevero *BV*: decreverem *l*: decreverunt *C*: decreveram *hp*𝔅 Hispanensem *ps* librum *om. XABV* 29. mittemus *bsφ*

I. Ad Priscum *X.* 1. latratoreque *P*: latronesque *lz* Molosi *B* 4. est *om. m* charta perit *p*𝔅

II. Ad librum *z.* [*Om. XABC Vind.* 3. *lp*: *post V. habet P.*] 1. littoreas *Vcmzφμκ*: lictoreo *b et pr.h* Pyrgas *PVbcmsz φμκ et pr.h* 2. iam *om. mz* non (nunc *m*) est pulverulenta via *mzφ*: est *om. OPVbhsw*

III. * Ad librum suum *TX.* [1—16. *om. T.*] 1. populum *XABCV Vindob.* 3. *lp* mittit *A* nuper] nobis *bs* solebat *B et pr.V* 2. Ibis io Romam *bcmzφ*𝔜: Ibis Romam *XA*: Ibis nunc Romam *BChlpsw*𝔅𝔇: Ibis nuncio Romam *corr.V*: Ibis tu Romam *Oμκα* nunc] sed *Chlpsw*𝔅𝔇

Auriferi de gente Tagi tetricique Salonis,
Dat patrios manes quae mihi terra potens.
Non tamen hospes eris, nec iam potes advena dici,
Cuius habet fratres tot domus alta Remi.
Iure tuo veneranda novi pete limina templi,
Reddita Pierio sunt ubi templa choro.
Vel si malueris, prima gradiere Subura:
Atria sunt illinc consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus Stella penates,
Clarus Iantheae Stella sititor aquae.
Fons ibi Castalius vitreo torrente superbus,
Unde novem dominas saepe bibisse ferant.
Ille dabit populo patribusque equitique legendum,
Nec nimium siccis perleget ipse genis.
Quid titulum poscis? versus duo tresve legantur,
Clamabunt omnes te, liber, esse meum.

## IV.

Quod Flacco Varioque fuit summoque Maroni
Maecenas, atavis regibus ortus eques;
Gentibus et populis hoc te mihi, Prisce Terenti,
Fama fuisse loquax chartaque dicet anus.

---

III, 6. domus una 10. illic 12. *Margo:* „*al.* petitor.“ 13. superbit, 14. ferunt. IV, 2. Moecenas

---

4. quod *XABChlp𝔅 et pr.V* tibi *P* patrios iam nunc quae mihi terra lares *Heinsius.* 6. alta] una *Gruteri tertius.* Rhemi *P* 7. domi pete *l* tecti *Roius.* 8. Redita *O* tibi templa *hsφ:* ubi tecta *Heinsius.* toro *XABC et pr.V* 9. grandire *vel* gradire *m*: gaudere *s*: gradire *sw* subuna *s* 10. illinc *XABCV Vindob.* 3.: illic *reliqui.* mihi *c* 12. Iantheae *Scriverius:* Yantheae *P:* Yanteae *B*: Hyante *b*: Hyanteae *vulgo.* sitior *XO:* petitor *bcswφμκα et pr.h*: potitor *pr.z et Gruterus*: sititor *cum reliquis 𝔄m et Gruteri tertius.* 13. ubi *Obmsw* terrente *BV* superbus *XClp𝔅*: superbis *A:* superbit *reliqui.* 14. divas *m* iuvisse *AB* ferant *XABCVl𝔅*: ferunt *reliqui.* 16. nimius *X* perlegit *μκ* ipse *Pzφμκα et corr.V:* ista *cum reliquis 𝔄𝔅.* 17. terve *z:* tres vel *w* 18. Clamabant *T* liber te *P*

IV. Ad Terentium *X.* 1. Quid *μ* Varroque *w𝔅*: Varoque *Oh* 2. Mecene satavis *B* attavis *O* 3. tete mihi *s* 4. chataque decetanus *B* certaque *bcmwzφ* dicit *P*

Tu facis ingenium, tu, si quid posse videmur;
Tu das ingenuae ius mihi pigritiae.

## V.

Longior undecimi nobis decimique libelli
Artatus labòr est et breve rasit opus.
Plura legant vacui, quibus otia tuta dedisti;
Haec lege tu, Caesar; forsan et illa leges.

## VI.

Cóntigit Ausoniae procerum mitissimus aulae
Nerva; licet toto nunc Helicone frui.
Recta Fides, hilaris Clementia, cauta Potestas
Iam redeunt: longi terga dedere Metus.
Hoc populi gentesque tuae, pia Roma, precantur:
Dux tibi sit semper talis, et iste diu.
Macte animi, quem rarus habes, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.
Largiri, praestare, breves extendere census
Et dare quae faciles vix tribuere dei,
Nunc licet et fas est. Sed tu sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.

---

VI, 7. habet,

---

5. videntur *XABVp* 6. Tu da *pr.B* ius mihi *Obchmzφ*: ius minus *XAB*: nisi mihi 𝔓: munera *reliqui.* peritiae 𝔓, (*non P.*) [*Post versum 6. codices XABCV Vindob. 3. l transsiliunt ad VI, 7., qui versus cum hoc Epigr. nullo spatio cohaeret. In φ post IV. sequitur VII.*]

V. Ad Caesarem *O.* 1. libellis *w* 2. Aratus *s* leve *Heinsius.* vasit *a* 3. legunt *h* 4. Hac *bw*

VI. In commendationem Nervae *O.* 2. Elicone *OP* 3. cauta] recta *c* 4. Cum redeunt *h* 5. populus *bczφ* tua Roma *c* 6. ipse *pr.h* [*A v.* 6. *codices bchswzφ incipiunt novum Epigramma* „Ad Caesarem Nervam" *vel, ut s* „Ad Mattum."] 7. Matte *s* larus *l* habes 𝔓: habet *reliqui.* 8. hylaris *B* possit *XABPbhlφ* 9. patrare *l* 11. Hunc *XABCl* et *om. pr.B* divo *w* 12. malis ausus esse *μ*: mavis adesse bonus *BV*: malis malus ausus esse *A* [11. 12. *apponit D sic*: Dignum laude reor te, qui sub pr. d. — esse bonus.]

## VII.

Toto vertice quot gerit capillos,
Annos si tot habet Ligeia, trima est.

## VIII.

Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par est nihil et nihil secundum,
Traiani modo laeta cum futuros
Tot per saecula computaret annos,
Et fortem iuvenemque Martiumque
In tanto duce militem videret,
Dixit praeside gloriosa tali:
„Parthorum proceres ducesque Serum,
Thraces, Sauromatae, Getae, Britanni,
Possum ostendere Caesarem; venite.“

## IX.

Palma regit nostros, mitissime Caesar, Hiberos,
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus laeti tanto pro munere grates;
Misisti mores in loca nostra tuos.

## X.

Habet Africanus millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

---

VII, 2. Lygia.

---

VII. * De Licia *T*: De Ligea *X*: De Lageia *φ*. [*Om. s; in w ante Epigr. V.*] 1. Tota *T:* Tot *p* quod *XB et Gryphianae.* 2. Ligia *T:* Ligea *XAV:* Legeia *bcz:* Lygia *Oλ*: Lageia *φ*

VIII. Ad Romam de Caesare *X*. 2. Cui prius nihil *l* 5. maritumque *Pp* 6. In tacito *φ* ducem *B* 8. Parchorum *X:* Parthorumque *sw* Serum] Syrorum 𝔅 9. Races *b* Gecae *B:* Gethe *h*: gente *bsw* 10. venire *bφ*

IX. Ad Caesarem *X*. [*Om. sw.*] 1. gerit *XACV Vindob.* 3.: tegit *c* 3. tanti *XC et pr.V*

X. Ad Africanum *X*. 1. milliens *XA:* miliens *b*: miles *φ* et tamen *Ohμκα* caput *B et pr.V* 2. nimis dat *Oμκα* nulli satis *Pmsw*

## XI.

Parthenio dic, Musa, tuo nostroque salutem;
Nam quis ab Aonio largius amne bibit?
Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro?
Quem plus Pierio de grege Phoebus amat?
Et si forte, sed hoc vix est sperare, vacabit,
Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga;
Quattuor et tantum timidumque brevemque libellum
Commendet verbis „Hunc tua Roma legit."

## XII.

Omnia promittis, cum tota nocte bibisti;
Mane nihil praestas. Pollio, mane bibe.

## XIII.

Genus, Aucte, lucri divites habent iram.
Odisse, quam donare, vilius constat.

## XIV.

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo,
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.
Saepe satisfecit praedae venator, et acri
Decidit excussus, nec rediturus, equo.

---

XI, 3. Pimplaeo XII, 2. Posthume,

---

XI. Mittit librum ad Parthenium *O*. [*Om. XABCl.*] 1. dic] de *b* saluti *φ* 2. ampne *P*: ore *OV* 3. Pipleo *vel* Piplaeo *vel* Pypleo *OVhzφμx* ab amne *Vbzφ* 5. Quod si forte *φ* sub hoc *w* vocabit *bchw*: vacabat *s* 6. Trudat *bc* et *s* 7. timidum brevemque *Ps*: tumidumque brevemque *m*: timide breviterque *Heinsius.* 8. Commenda *Pbhsw* legat *O*

XII. * Ad Polionem *T*: Ad Polliam *V*: Ad Pollam *XABC*: Ad Postumum *reliqui.* [*Apponit D.*] 1. biberes *T* 2. Pollio *T*: Polio *P*: Postume *reliqui.* *Iacobus Magnus Toletanus Sopholog. VI*, 11. *fol. XCIII*, *vers. edit. Lugdun.* 1497. „*Marcialis Cocus*: Omnia—bibisti. Non faciunt quicquam pocula nostra reum. *Alter versus est X*, 48, 24.

XIII. De divitibus *X*. [*Apponit D.*] 1. Aucte] Crite *D* divite *pr.D* iram] unum *lp* 2. Addixisse *c* quando nare *B*: quem donare *s* iulius *s* estat *z*

XIV. * Ad Priscum *TX*. 1. Parcuis *T* pariente *p* viredo *O* 2. violenter *bcmwz*: violente *s* 3. agri *Pbsw* 4. excusus *T* crediturus *B*

Insidias et campus habet: nec fossa, nec agger,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerit qui tanta tibi spectacula praestet,
Invidia fati sed leviore cadat.
Si te delectant animosa pericula, Tuscis
— Tutior est virtus — insidiemur apris.
Quid te frena iuvant temeraria? saepius illis,
Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem.

## XV.

Quidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis deisque nostris.
Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Iuppiter, et stupet superbi
Regis delicias gravesque luxus.
Haec sunt pocula, quae decent tonantem;
Haec sunt, quae Phrygium decent ministrum.
Omnes cum Iove nunc sumus beati.
At nuper — pudet, ah pudet fateri —
Omnes cum Iove pauperes eramus.

---

**XIV, 7. deerunt praestent, 8. cadant. XV, 9. pudet ac piget fateri,**

---

5. [5. 6. *affert D.*] fosa *T* ager *XBOPVbhpwμκα* 6. plena *BV* 7. derit *T*: derunt *XA*: deerunt *reliqui.* 7. praestet *T*: praestent *reliqui.* 8. Invidio X fatis et *XBV*: fati et *P*: fati vel *l*: fatis sed *h*: satis et *bs*𝔓 (?) *et Gruteri tertius*: satis est *m*: satis est et *cwz* viore *X*: viliore *B* cadat *T*: cadant *Ocl*𝔓 *et Gruteri tertius*: cadit *XABV*: cadunt *reliqui.* 9. delectat *XB* animos aperi culta *T* tu scis *P* 10. Tuscior *T* insidientur *C* 12. equitèm *om.* *bsw*, *lacuna post* Prisce *relicta.* vincere *l*

XV. Adulatorium *O.* [*Om. XABCl.*] 1. nitebit *OVbcswz φμκ et pr.h* 2. loculis *Heinsius.* 4. superbi *s*𝔓: superbia *O*: superbus *pr.h*: superbas *reliqui.* 5. luxus *P et Iunius*: lusus *reliqui.* 6. Nec *P* [7. *In P hic versus omissus suppletur post XVI*, 3. Nec sunt pocula que frigium d. m.] 9. ah *P*: ac *w*: et *s*: at *reliqui cum* 𝔓 (?) pudet] piget *O*𝔛 [10. *om.* *c; in b post* 10. *repetitur* 9.]

## XVI.

Addixti, Labiene, tres agellos;
Emisti, Labiene, tres cinaedos:
Paedicas, Labiene, tres agellos.

## XVII.

Quare tam multis a te, Laetine, diebus
Non abeat febris, quaeris et usque gemis.
Gestatur tecum pariter pariterque lavatur,
Cenat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit saepe et saepe Falerno,
Nec nisi per niveam Caecuba potat aquam.
Circumfusa rosis et nigra recumbit amomo,
Dormit et in pluma purpureoque toro.
Cum recubet pulchre, cum tam bene vivat apud te,
Ad Damam potius vis tua febris eat?

## XVIII.

Dum tu forsitan inquietus erras

---

XVII, 1. Lentine, 2. quereris febris et usque 9. Cum sit tam pulchre,

---

XVI. Ad Labienum *X*. 1. Addixti *APzφχα*: Abdixti *O*: Addisti *bμ*: Addixisti *XBCVl*: Vendidisti *chmsw* Labiane *ter w* 2. Emisisti *B*: Finisti *μκ*

XVII. * Ad Laetinum febricitantem *T*: Ad Laetinum *X*. 1. a te Laetine *TXABCOVhl*: Ateletine *bw*: Atheletine *φ*: Achaletine *z*: a te Lautine *c*: a te Lentine *Pαλμκα* 2. habeat *TAb*: habet *B*: habiit *X*: abiit *C* usque] ipse *c* 3. tecum pariter pariterque *T𝔓 et pr.V*: tecum (tectum *XB*) pariterque labatur (lavabatur *X*) *XAB*: tecum febris pariterque *l*: A te gestatur pariter tecumque lavatur *h𝔅*: tecum pariter tecumque lavatur *T teste Heinsio*: tecum sella pariterque *reliqui*. lavavit *T* 4. estrea *corr.B* 5. Sentino *z*: Suetino *T* 6. vineam *XBV*: nuviam *T* pro niveam *O*: post niveam *clswφμκα*: per niveam *cum reliquis 𝔓m*. cecubat *B*: caeculia *T* 7. nigra] gra *AB* 8. et in plumis *Ocwz*: et implumis *φ* purpureo thoro *P* 9. Cum recubet pulchre *T*: Cum si te pulchre *XA*: Cum sit ei pulchre *B𝔓*: Cum sit ei tam pulchre *z*: Cum sit tam pulchre *reliqui*. cum tam bene] tam bene *μ et pr.κ*: tam belle *α* cum tamen bibat apud te *XAB* vivit *w* 10. Dammam *O*: Domam *l*: dominam *c* virtua febris erat (eat *C*) *XABCV*: vitrea (vitea *Vaticanus tertius*) febris eat (erat *l*) *lsw et Vaticanus sec. et tertius Heinsii*: vin tua *Heinsius*.

XVIII. Ad Iuvenalem *X*. 1. Cum *l*: ( )um forsitam *φ*

Clamosa, Iuvenalis, in Subura,
Aut collem dominae teris Dianae;
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Maior Caelius et minor fatigant:
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea rusticumque fecit
Auro Bilbilis et superba ferro.
Hîc pigri colimus labore dulci
Boterdum Plateamque; Celtiberis
Haec sunt nomina crassiora terris.
Ingenti fruor improboque somno,
Quem nec tertia saepe rumpit hora,
Et totum mihi nunc repono, quidquid
Ter denos vigilaveram per annos.
Ignota est toga, sed datur petenti
Rupta proxima vestis a cathedra.
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus iliceti,
Multa vilica quem coronat olla.
Venator sequitur, sed ille quem tu
Secreta cupias habere silva.
Dispensat pueris rogatque longos
Laevis ponere vilicus capillos.
Sic me vivere, sic iuvat perire.

---

XVIII, 11. *Margo:* „*Al.* Bothrodum." 24. Dispensant pueri

---

4. lumina *B* potentiarum *pr.B* 5. Stoatrix *l* taga *φ* 6. fatigat *c* 7. multas *XABCPVbclswφμκ* repetitas *bsw* per 𝔅 8. rusticamque *b* 9. Bylbilis *φ* 10. columus *X* pigro *B* dulce *BC* 11. Botordum *mzφ et Gruteri tertius*: Botrodum *Oα:* Foterdum *λ*: Boterdum *reliqui cum* 𝔓. Placeamque *X* Celoberis *X* 13. Ingentis 𝔓 furor *μ* 14. neque *bsw* rupit *h* 15. numero repono *m* 18. Rupte *O*: Rapta *Chlp*𝔅𝔇 *et pr.V*: patenti Rapta *Roius.* a cathedra *XABCVhl*𝔅𝔓*:* cathedra *O:* e cathedra *sα:* et cathedra *bcmpwzφμκ* 19. excipis *c:* accipit 𝔄 et superba *p et pr.h* 20. Vicine *μκ* fultus *h*𝔅 iluceti *XAB* 21. iullica *φ* 24. Dispensant pueri (pueris *P*) 𝔓 *et corr.V:* Dispensat, pueri *Schmiederus.* longas *b* 25. Leves *Roius.* 26. sic iuva *B*

## XIX.

In thermis sumit lactucas, ova, lacertum,
Et cenare domi se negat Aemilius.

## XX.

Quare non habeat, Fabulle, quaeris
Uxorem Themison? habet sororem.

## XXI.

Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis; Palatia dicent,
Audierint si te vel semel, esse suam.
Nulla nec in media certabit nata Subura,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,
Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominae mihi mitius urbis
Esse iubes: Romam tu mihi sola facis.

## XXII.

Quam sit lusca Philaenis indecenter,

---

XIX, 2. foris

---

XIX. * De Aemilio *TX*. 1. summit *TO*: cenat *bclswzφ* 2. cenitare *b* domi *T:* foris *Ohzφλμκα*: foras *reliqui cum P et pr.V*.

XX. De Themisone ad Fabullum *X*. 1. Fabulla *ABChlφ* 2. Themis non *P*

XXI. * Ad Marcellam *T*: Ad Macellam *X*. 1. rigidis *T* qui se *XAB et pr.V:* qui te *Cbchw*: puto et *l* Macellam *X* Sadonis *T*: Solonis *s* 2. qui *Tbhp𝔅* putat *Cbchlpw* iocis *A* 3. duce sapis *T*: dulcis apis *X* 4. Audierit *h* esse tua *P* [5—10. *om. T.*] 5. Ulla *Iunius.* 6. amica *c* 7. Te cito *vetus codex Flosculi:* Nec Sicori debet *Is. Vossius:* Nec Sicoris dederit *vel* Nec Suevo ediderit *Heinsius*: Te cito ridebit peregrinus Clodia partus *Scaliger in Catullum LXII.* 8. deceat cum *l*: decet cum *A*: ducet cum *XBC et pr.V*: dicet cum 𝔄*:* dicet te *p𝔅 et Vossius*: ducat quam *λα:* deceat quam *cum reliquis P.* quam et *b* mirum *w* 9. urbi *B* 10. Ecce *Bl et pr.V* tu] cum *l*

XXII. * De Phileni *TX*. [*In P praecedit XXIII.*] 1. Quae *T*

Vis dicam breviter tibi, Fabulle?
Esset caeca decentior Philaenis.

## XXIII.

Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emptis.
Quid facies oculo, Laelia? non emitur.

## XXIV.

O iucunda, covinne, solitudo,
Carruca magis essedoque gratum
Facundi mihi munus Aeliani!
Hic mecum licet, hic, Iuvate, quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris.
Non rector Libyci niger caballi,
Succinctus neque cursor antecedit.
Nusquam est mulio; mannuli tacebunt.
O si conscius esset hic Avitus,
Aurem non ego tertiam timerem.
Totus quam bene sic dies abiret!

## XXV.

Cum rogo te nummos sine pignore, „non habeo," inquis.
Idem, si pro me spondet agellus, habes.

---

**XXIV, 1. covine 4. Iuvence, 8. Nusquam mulio:**

---

2. tibi breviter *Oμα* Fabule *T* 3. Filenis *T*

XXIII. Ad Laeliam *X*. [*Om. p*.] 1. comis *om. B* utier *bcsw*: uteri septis *A* 2. levia *b* Quid facies? oculus Laelia *codex Pulmanni.*

XXIV. Ad Civinnum *X*. 1. ioconda *B* covinne *XACOP lzφμκα*: convinne *w*: convive *b*: cocine *p*: coccinne 𝔅: civinne *B et pr.V*: covine *reliqui. Vid. Oudendorpius in Lucan. I*, 426. 3. Acliani *B*: Adiani *XC*𝔅: Hadriani 𝔄: Heliani *α* 4. metum *XB* hic Iuvate *XABCP et pr.V*: hic iuvante *zφλ*: hic iuvat et *p*: hic vivat et *h*: hic iucare *s*: hic iurare *bcw*: hic iuvare *l*: hoc iuvante *O*: hic Iuvence *μκα* 6. vector *BObchlswφλ* caballo *XABCV*𝔅 7. neque] nec *O* cursus *z* antecedet *h* 8. est *om. P* mulio] multi *B* mannulli *B*: mamulli 𝔅 tacebit *bcz et pr.m* 9. hinc Avitus *p*: hic Avictus *Pbl*: hinc (hic *A*) ait victus *XABC*: hinc ait iustus *V*: hic (hinc 𝔅) amicus *h*𝔅 10. timente *XAB et pr.V*: timebo *h*

XXV. * Ad Telesinam *T*: Ad Thelesinum *X*. [1. 2. *affert D.*] 1. non *om. XAB* abeo *ABV* 2. angellus *D*

Quod mihi non credis veteri, Telesine, sodali,
Credis coliculis arboribusque meis.
Ecce, reum Carus te detulit: assit agellus.
Exilii comitem quaeris? agellus eat.

## XXVI.

Sexagena teras cum limina mane senator,
Esse tibi videor desidiosus eques,
Quod non a prima discurram luce per urbem
Et referam lassus basia mille domum.
Sed tu purpureis ut des nova nomina fastis,
Aut Nomadum gentes Cappadocumve petas:
At mihi, quem cogis medios obrumpere somnos
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur? Rupta cum pes vagus exit aluta
Et subitus crassae decidit imber aquae,
Nec venit ablatis clamatus verna lacernis,
Accedit gelidam servus ad auriculam,
Et „Rogat ut secum cenes Laetorius“ inquit.
Viginti nummis? non ego: malo famem,
Quam sit cena mihi, tibi sit provincia merces,
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

---

XXV, 3. Thelesine 4. colliculis XXVI, 1. Sexaginta 6. Numidûm 7. abrumpere 13. cenes secum

---

3. Quid *Ccsμx* vereris *l* 4. coliculis *XAP*: colicolis *B*: codiculis *T*: cauliculis 𝔄: colliculis *reliqui.* 5. casus *h*𝔅 detuli *φ* 6. Exili *XAB*: Ex illi *T*: Exsilio 𝔄

XXVI. In avarum amicum *O.* [*Om. XABCV Vindob.* 3. *p*: *in P post XXIX, in wφ et fortasse aliis post XXVIII.*] 1. Sexagena *Vossius Art. Gramm. II*, 24. *p.* 204.: Sexaginta *libri* teram *bcsw*: tecum *l* limine *s* salutator *P* 2. si desidiosus *s* 4. lapsus *bcl* 5. lumina *m* 6. Nomadum *dedi*: Numadum *P*: Numidum *reliqui.* Cappadocumque *cl* regas *Heinsius.* 7. Ac *w* obrumpere *bhsw*: abrumpere *reliqui.* 9. alutē *φ* 10. crassae] erese *s* 11. allatis *Bongarsius et Ferrarius*: oblatis *Heinsius.* damatus *P*: clamator *Gryphianae.* 12. ad] et *l*: ut *bchsw* aut iculam *b* 13. secum cenes *P*: cenes secum *reliqui.* Latorius *s*: Lectorius *lzφ* 15. Quam sit *bhmz et teste Grutero* 𝔓 (*ex P nihil notatum.*): Quem sit *φ*: Quod sit *reliqui.* *Ante Scriverium sic dispungebatur:* Viginti nummis non ego malo famem? Quod sit *sqq.*

## XXVII.

A latronibus esse te fututam
Dicis, Senia: sed negant latrones.

## XXVIII.

Poto ego sextantes, tu potas, Cinna, deunces,
Et quereris quod non, Cinna, bibamus idem.

## XXIX.

Hermogenes tantus mapparum, † Pontice, fur est,
Quantus nummorum vix, puto, Massa fuit.
Tu licet observes dextram teneasque sinistram,
Inveniet, mappam qua ratione trahat.
Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem,
Casuras alte sic rapit Iris aquas.
Nuper cum Myrino peteretur missio laeso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.
Cretatam praetor cum vellet mittere mappam,
Praetori mappam surpuit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile e mensa surpuit Hermogenes.
Hoc quoque si deerit, medios discingere lectos
Mensarumque pedes non timet Hermogenes.
Quamvis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.

---

**XXIX, 12.** Mantele

---

XXVII. De Senia *X*. 2. Sevia *b* negat *XBV*

XXVIII. Ad Cinnam *X*. 1. pota *XAB* 2. quaereres *pr. A*

XXIX. De Hermogene *O*. [*Om. XABCV Vindob.* 3. *p.*] 1. Pontice *om. Pbchls*: maxime *φ:* credite *O* 2. Maxa *cl* 4. qua] que *φ* trahet *h* 5. alitus *O* 6. ad te *c* 7. Myrrino *O*: murino *φ* 9. Certatam *μ* vellet cum *h* 10. surripuit 𝔓: surripit *Oclwzφμκα* 11. Attulerit *O* dum furta timetur *φ*: dum forte timetur *O* 12. Mantilia e mensa *Oclφ:* Mantilia mensa *Pbhs* surripuit *cz*𝔓 (subripuit *P*): subripit *l*: surripit *Owφ* [13. 14. *om. z.*] 13. Hoc quem *l* discingere *z*𝔓*:* distingere *bh:* distinguere *cl:* discindere *O et Heinsii tres Vaticani:* distringere *swφμκα*: diffringere *Iunius:* destringere *Heinsius.* sectos *bh*: septos *c*: sertos *l* [15. 16. *om. m.*] 16. reducantur *l*

Festinant trepidi substringere carbasa nautae,
Ad portum quotiens paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calvi sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.
Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam,
A cena semper rettulit Hermogenes.

## XXX.

Siccus, sobrius est Aper; quid ad me?
Servum sic ego laudo, non amicum.

## XXXI.

Hoc nemus, hi fontes, haec textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguae ductile flumen aquae,
Prataque, nec bifero cessura rosaria Paesto,
Quodque viret Iani mense, nec alget olus;
Quaeque natat clusis anguilla domestica lymphis,
Quaeque gerit similes candida turris aves:
Munera sunt dominae: post septima lustra reverso
Has Marcella dapes parvaque regna dedit.
Si mihi Nausicae patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere „Malo meos."

---

**XXXI, 8. domos**

---

17. constringere *c* 18. pervenit *O* 19. si strataque *s*: substrataque *l*: calvistrataque *P* 20. odorantes *l*

XXX. De Apro *X*. 1. Afer *m*: *om. C* 2. laudo laudo non *φ*

XXXI. * Ad Marcellam *T*: De loco amoeno *X*. 1. hii *T* testilis *bs*: testillis *T* 2. hic riguae *blswzφ* rigule *A* 3. nobifero *sw* 4. mente *T* holus *TXABφ* 5. nutat *A* clausis *Cbchlzφ𝔛*: clusos *T* anguila *X* Nymphis *𝔓 et pr.C* 6. ierit similis *T* silens *w* 7. domino *C et Iunianae*. reversae *Pbchlmpswφ𝔅* 8. Has Marcella dapes *T*: Has Marcella domos (domus *lz*) *reliqui*: Hos Marcella lares *Heinsius*. Macella *B* [9. 10. *om. T.*] 9. Nausicaa *c*: Nausica *XABCOpsw et corr.h*: Nasica *Pblz et pr.h* 10. [*om. B.*] pessem *X* mallo *XA*

## XXXII.

O Iuliarum dedecus Kalendarum,
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi;
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat uxor rufa crinibus septem
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putavi nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore et fame siccus
Et non recenti pallidus magis buxo
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare clivom crederes Aricinum.
Ibat tripes grabatus et bipes mensa,
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Foco virenti suberat amphorae cervix:
Fuisse gerres aut inutiles maenas
Odor impudicus urcei fatebatur,
Qualem marinae misit aura piscinae.
Nec quadra deerat casei Tolosatis,
Quadrima nigri nec corona pulei

---

XXXII, 10. clivum

---

XXXII. Ad Vacerram *X*. 1. decus *h* 2. Vadi *XA* 3. pro bina *B*: proxima *Clp𝔅* 4. rufa] Ruffa *Gryphianae*: rapta *𝔅𝔓*: capta *Arondellianus Gronovii Syllog. Epistt. II, p.* 523.: capra *Gronovius.* carminibus *bl𝔓* 5. casta *𝔄* 6. necte *XB* 7. As tu *BV* priore *XABCVhlps* fama *A* siccus] cacus *l* 8. recedi *X* 9. Rus *XABCV*: In rus *bchlswφ*: Ad rus *𝔅* 10. Mirare *B* clivom *XABV*: divum *pr.h*: clivum *reliqui.* 11. Ibi tripes *φ*, *pr.m et 𝔓* (*non P*) tibi pes *bsw* grabattus *AB* bibes *bsw* 13. rapta *A* merebat *Bl* 14. Foco virenti *cms*, *Scriverii „recentior chartaceus et Excerpta Palatini“* (foco virentis uberat *P*): Foro virenti *bw et margo h*: Foro nitenti *l*: Focum ferenti *hzφ*: Focum ferentis *reliqui.* suborat *XABV*: suborata *C* amphora *AClμ*: amphorat *B* 15. geres *κ*: gerras *Vclmzφ*: grues *p𝔅 et pr.h*: girres *w*: gyrres *OP* 16. Odore *p*: Olidi mephitis *Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 578.: Odore putidus urceus *Roius.* urceus *XABCp et pr.V* fatabatur *A* 17. iussit aura (haurire *X*) *XABCbclswφ*: vissit aura *pr.V*: iuxit aura *h*: vixit aura *p𝔅*: spirat aura *O*: tussit *Heinsius*: nescit *Roius.* 19. colore *l* puleii *O*

Calvaeque restes allioque cepisque,
Nec plena turpi matris olla resina,
Summoenianae qua pilantur uxores.
Quid quaeris aedes vilicosque derides,
Habitare gratis, o Vacerra, cum possis?
Haec sarcinarum pompa convenit ponti.

## XXXIII.

Ut pueros emeret Labienus, vendidit hortos.
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

## XXXIV.

Triginta mihi quattuorque messes
Tecum, si memini, fuere, Iuli.
Quarum dulcia mixta sunt amaris,
Sed iucunda tamen fuere plura.
Et si calculus omnis huc et illuc
Diversus bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.
Si vitare voles acerba quaedam
Et tristes animi cavere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, et minus dolebis.

---

**XXXIV, 3. Quorum 8. velis 11. Gaudebis minus?**

---

20. Glabraeque *Heinsius*: Flavaeque *Roius*. alioque *AB*: aleoque *O*: saleoque *P*: alliosque *φ* cepisque *ve P*: cepasque *φ* 21. maris 𝔅 *et margo h*: putris *Heinsius*. 22. Summemmianae *O*: Sumemmianae *P*: Sumenianae *h*: Sumenniane *b*: Summiniane *μx*: Summummianae *XABVp*: Summum mane *sw* quo *sw* 24. non possis *l* 25. Nec *el*

XXXIII. Ad Labienum *X*. 1. agros *Pz*

XXXIV. * Ad Iultum *T*: Ad Iulium *X*. [1—7. *om. T.*] 1. menses *XABCblpsw*𝔅 *et pr.Vh* 2. fruere *A*: ruere *Heinsius*. 3. Quorum *ABCbelpswφ* mista *Obφ* 4. fluere *w* plures *b* 5. Et sic *φ* omnis et huc *P* 6. vicolorque *A* 7. nigrentem *pr.h*: nigricantem 𝔅 [8—11. *apponit D.*] 8. visitare *T* voles *T et margo Gryphii*: velis *reliqui.* acerva quadam *T*: acerba rerum *Heinsius*. [*Ab hoc versu in m novum incipit epigramma.*] 9. Et tristis *P*: Et tristia cavere *T* 10. facies *B et pr.V* 11. Gaudebis magis *margo Gryphii*: Gaudebis minus? *cum Ios. Mercero in Aristaenet. p.* 520. *edit. Boissonad. Gruterus.*

## XXXV.

Tanquam simpliciter mecum, Callistrate, vivas,
Dicere percisum te mihi saepe soles.
Non es tam simplex, quam vis, Callistrate, credi.
Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

## XXXVI.

Libras quattuor, aut duas amico
Algentemque togam brevemque laenam,
Interdum aureolos manu crepantes,
Possint ducere qui duas Kalendas,
Quod nemo, nisi tu, Labulle, donas,
Non es, crede mihi, bonus. Quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum es.
Pisones Senecasque Memmiosque,
Et Crispos mihi redde, sed priores:
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari?
Tigrim vince levemque Passerinum.
Nulla est gloria praeterire asellos.

## XXXVII.

Nasutus nimium cupis videri.
Nasutum volo, nolo polyposum.

---

XXXVI, 3. crepanteis 7. malorum. 12. Passarinum.

---

XXXV. * Ad Calistradum *T*: Ad Callistratum *X*. 1. Calistrate *P:* Calistrare *A* 2. praecisum *Oclmzφμκα*: percisum *cum reliquis* 𝔓. 3. Non es tam simplex quamvis C. credam (credis *T*, cedam *w*) *TCObclmwzφ:* Non est simpliciter quamvis C. redi *AB et pr.V*: Non est simpliciter quamvis C. credam *Xp et h*, *sed margo h* tam simplex. 4. narrat *om. μ*

XXXVI. In Labullum *O*. [*In XABClp omissum, in hφ post Epigr. XXXVIII. extat.*] 2. Algentem *O* 3. laureolos *s* crepantis *Obhsw* 7. vere *V* malorum es *OPbchswzφ*: bonorum *V*: malorum *reliqui.* 8. Mutiosque *m* 9. priscos *mφ* mihi crede *V* 11. pedibusque] pedibus *O* 13. pretereas illos *b*

XXXVII. De poliposo *X*. 2. volo] nolo *B* nolo] non *c* pollyposum *φ*

## XXXVIII.

Hunc qui femineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis,
Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure glaber,
Uxori qui saepe tuae comes improbus haeret:
Non est quod timeas, Candide: non futuit.

## XXXIX.

Odi te, quia bellus es, Sabelle.
Res est putida, bellus et Sabellus,
Bellum denique malo, quam Sabellum.
Tabescas utinam, Sabelle, belle!

## XL.

Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo.
Pedis, dissimulo: gemma vis ludere, vincor.
Res una est, sine me quam facis, et taceo.
Nil tamen omnino praestas mihi. „Mortuus,“ inquis,
„Accipiam bene te.“ Nil volo: sed morere.

## XLI.

Non est, Tucca, satis, quod es gulosus:
Et dici cupis et cupis videri.

---

**XL, 2. Pompiliane**

---

XXXVIII. Ad Glabrum *X*. 2. natus *A* 4. teneri *AB* clure *b*: clune *czφ* 5. suae *P* 6. es *b*

XXXIX. * Ad Sabellum *TX*. 1. 2. 3. Odi te quia bellus es Sabelle da bellum et sabellum resē puti bellum deniquae modo quam Sabellum *T* 2. et] est *XABCVbhlsw*: es *p* 3. mallo *X* 4. belle *om. T*: Sabellellebelle *B*

XL. * Ad Ponticum *TX*. 1. Metiris *X* 2. Casta quanto *B* Pompiliane 𝔓 (*non P.*) [*Post hunc versum in XABCV novum epigramma* „Ad Gemmam“ *sequitur*: in *T versus* 3—6. *post Epigr. XLI. sequuntur* „AD IEM MMM.“] 4. est una *C* 5. inquit *XACVl*: inquid *B* 6. Accipias *mφ*: Acciperes *c*: Acciperent *l* nihil *X*

XLI. * Ad Tuccam *TX*. 1. quod est *T* 2. Et dicis *T*

## XLII.

Barbatus rigido nupsit Callistratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo solet.
Praeluxere faces, velarunt flammea vultus,
Nec tua defuerunt verba, Talasse, tibi.
Dos etiam dicta est. Nondum tibi, Roma, videtur
Hoc satis? expectas numquid ut et pariat?

## XLIII.

Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium, Sabelle, versus,
Quales nec Didymae sciunt puellae,
Nec molles Elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris novae figurae,
Quales perditus audeat fututor:
Praestent et taceant quid exoleti,
Quo symplegmate quinque copulentur,
Qua plures teneantur a catena,
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat, esse te disertum.

## XLIV.

Unice, cognato iunctum mihi sanguine nomen,

---

XLII, 4. Thalasse, XLIII, 3. Didymi 4. elephantidos 5. novem. *Margo:* „*Al.* novae." 8. Quo symplegade

---

XLII. De Calistrato *X*. 1. Calistratus *B* Aphro *O* 2. iure *s* solent *s* 3. Perluxere *Obcz* flamina *pr.h:* framea *w* 4. defuerint *XABCOV*: defuerant *Gryphianae.* 5. Bos *X* ducta *O* 6. expectat *pr.B* et ut *Oswφμκα:* ut et *cum reliquis* 𝔓. parite *A:* patiar *bw*

XLIII. Ad Sabellum *X*. 1. ( ) Vcundos *φ* sed libidinosos *Heinsius.* 3. Didymae *XABCVhlp:* Didymi *reliqui.* tabellae *Heinsius.* 4. Elephantidis *l* 5. Stant illic *c* novae] novem *sκλ*: nomen *w*: quae *XABCVp:* quot o *Heinsius.* 6. Quas nec *Heinsius.* audiat *bhswμκα et pr.V*: audeat *cum reliquis* 𝔓. 7. sed *Heinsius.* exeo leti *A* 8. Quo symplemade *h*: Quo symplemate *Gryphianae:* Quo splemmate *b*: Quo spermate *cl:* Qua symplegade 𝔄 9. Quam *lp* a *om. XABlp et pr.V*: in *C* 11. desertum *Owμκ*

XLIV. Ad Cognatum *X*. 1. cognate *XBVbsw* vinctum *P:* victum *b*

Qui geris et studio corda propinqua meo;
Carmina cum facias soli cedentia fratri,
Pectore non minor es, sed pietate prior.
Lesbia cum tenero te posset amare Catullo,
Te post Nasonem blanda Corinna sequi.
Nec deerant Zephyri, si te dare vela iuvaret;
Sed tu litus amas. Hoc quoque fratris habes.

## XLV.

Haedina tibi pelle contegenti
Nudae tempora verticemque calvae,
Festive tibi, Phoebe, dixit ille,
Qui dixit caput esse calciatum.

## XLVI.

Vendunt carmina Gallus et Lupercus.
Sanos, Classice, nunc nega poetas.

## XLVII.

Difficilis facilis, iucundus acerbus es idem:
Nec tecum possum vivere, nec sine te.

---

XLIV, 2. Quique geris studiis corda propinqua meis, 5. cum lepido XLV, 4. calceatum.

---

2. Qui geris et studio corda propinqua meo *P*: Qui geris studio corda propinqua meis *X*: Qui geris studiis corda propinqua meis *AO*: Qui geris hoc studio corda propinqua meis *B*: Quique geris (gerit *μx*) studiis corda propinqua meis *reliqui*: Qui geris, o, *Heinsius.* 4. Pectine *Heinsius.* 5. Lisbia *φ* lepido *Obchlms wzφ𝔓 et pr.V* posses *A* 6. Corina *O* 7. Nec derant X: Nec deerunt *Cbchlswzφ*: Non deerunt *m𝔄* tephyri *B*: zephyris *Heinsius.* velec *B* iuvaret *Pbzα*: iuvavit *XA*: iuvabit *BCOVchlmswφμx𝔄*: iuvabis *p* 8. aras *s* habet *O*

XLV. Ad Phoebum X. 1. Haecdina *X*: Haec lenta *s* pelle tibi *Oμ* contegente *X*: cum tegenti *bs* 2. Nuda *Pbhsw* timpora *𝔓* (tympora *P*) 3. Festine *φ* 4. Qui duxit *𝔅*: Qui dum caput esse *XAB*: Crudum caput esse *p𝔅* calciatum *XABCOPbchlszφμxα* : calceatum *reliqui.*

XLVI. Ad Classicum *O*. [*Om. XABCswφ: in P est post XLVII, in h post XLVIII.*] 2. nec nega *c*

XLVII. * De Gallo *T*: Ad Iucundum *X*. [*Apponit D.*] 1. iocundus acervus et isdem *T* es idem] eisdem *P* 2. possunt *μ et pr.x*

## XLVIII.

**B**oletos et aprum si tanquam vilia ponis,
Et non esse putas haec mea vota, volo.
Si fortunatum fieri me credis et heres
Vis scribi propter quinque Lucrina, vale.
Lauta tamen cena est: fateor, lautissima, sed cras
Nil erit, immo hodie, protinus immo nihil,
Quod sciat infelix damnatae spongia virgae,
Vel quicunque canis iunctaque testa viae.
Mullorum leporumque et suminis exitus hic est,
Sulphureusque color carnificesque pedes.
Non Albana mihi sit comissatio tanti,
Nec Capitolinae pontificumque dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Convivas alios cenarum quaere magister,
Quos capiant mensae regna superba tuae.
Me meus ad subitas invitet amicus ofellas:
Haec mihi, quam possum reddere, cena placet.

---

**XLVIII, 10. Sulfureusque**

---

XLVIII. * Ad Lucrinam *T*: De Lucrina *X*. 1. Boletos aprum *XAB* sic tanquam *TCOPbmsφμκ*: tanquam (*om.* si) *XA*: tanquam sint *B*: tanquam mihi *hl𝔅*: Si tanquam vilia] „si *lege et non* sic, *ut mendosi habent codices*" *Domitius*. ponas *c* 2. putes *h* hoc *B et pr.V*: hos *Heinsius*. 3. Sic *m* me] nec *bc* haeris *T*: hores *b* 4. Ius scribi *X*: Vis fieri *p* propter] forte *m* Lucerna *l*: Mucrina *Gryphianae*. 6. immo hodie] in medio *T teste Heinsio*. [7. 8. *om. T*.] 7. damna *XABC*: damnata *p𝔄* spongeia *C*: spongea *XAPbs* virga *XABC𝔄* 8. Vel] Haec *z*: Nec *bhm* cuicunque *Heinsius*. cunis *pr.h* tecta *Cblhm*: texta *margo h* via *O* 9. Mulorum *φ* summis *XBw*: numinis *T* 10. Sulphoreusque *T* carnificisque *l* [11. 12. *om. T*.] 11. comisatio *A*: commissatio *O*: comessatio *φ*: commessatio *h*: commesatio *b*: comesatio *XB* tantum *bc* [13—18. *apponit D*.] 13. Imputet] Iupiter *bcl et margo h* fiat *Pz* accetum *B* 14. fervida *Heinsius*. vapa *O*: uappa *D* 15. Convivos *pr.D*: Convictus *p* senarum *T* magister *Pμκαλ et corr.V*: magistros *cum reliquis D𝔄𝔅*. 16. capiat *XAB* mensa *XB*: cenae *h* regina *P*: regnae *T* superbe *XABC*: superna *c* tua *B* 17. Me meus invitet subitus adamicus ofellas *T* Ne meus *B et pr.V* in subitas *A* invitus *b* 18. Nec *b* placet] sapit *z*

## XLIX.

Crinitae Line paedagoge turbae,
Rerum quem dominum vocat suarum
Et credit cuï Postumilla dives
Gemmas, aurea, vina, concubinos:
Sic te perpetua fide probatum
Nulli non tua praeferat patrona:
Succurras misero, precor, furori
Et serves aliquando negligenter
Illos qui male cor meum perurunt,
Quos et noctibus et diebus opto
In nostro cupidus sinu videre,
Formosos, niveos, pares, gemellos,
Grandes, non pueros, sed uniones.

## L.

Daphnonas, platanonas et aerios pityonas
Et non unius balnea solus habes,
Et tibi centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx;

---

XLIX, 3. Posthumilla    L, 1. et aerias cyparissos,

---

XLIX. Ad Linum *X*. 2. dominum quem *φ* 3. Postumille *C*: Possumilla *XABp* 4. aureas *XABVhp* concubinas *bcswzφμκα et pr.h*: concubinos *cum reliquis* 𝔓. 5. Si te *A* fide] sede *p*: sedet *XABC et pr.V* 8. neglegenter *AP*: neglegentur *XB*: diligenter *l* 10. Quos te *h*: Quos etiam *b* 11. In nostro *O* sini *b* 12. Formosus *s* pares *om. C* 13. Grandos *X* viniores *p*: iuniores *m*𝔅

L. * De amoenitatibus *T*: De amoenitate *X*. 1. Daphonas *Ahw*: Daphones *b*: Daphnones *c*: Dephonas *XBV* platanonas] platanos ac *μκα*: platanos et *bsw*: platonos, *corr.* platanos, *h*: et platanos *Cclmzφ*: platanonas *cum reliquis* 𝔓 *et* „*praestantissimi duo codices membranacei*" *Scriverii*. et aerios pityonas *Heinsius in Virgil. Eclogg. VII*, 65., *Vossius in Catull. p.* 236. *et Salmasius*: et aerios phyonas *T*: et eriosque pythonas 𝔓: et aerios cyparissos *XAB*: et aerias (acreas *w*) cyparissos *reliqui*. *Hinc est quod bchlzφ in fine praegressi epigrammatis addunt*: Platonianas (Platoniana *φ*) aethereos (etherios *b*, eterios *h*) phythonas (phithonas *b*). 2. Et non (nunc non *B*) unus *XAB* 3. Sed tibi *A*: Et tua *μκα*: Et ter *O* 4. pene *cw*

Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis aquae fluctus ubique sonat.
Atria longa patent; sed nec cenantibus usquam,
Nec somno locus est. Quam bene non habitas!

## LI.

Tam saepe nostrum decipi Fabullinum,
Miraris, Aule? semper homo bonus tiro est.

## LII.

Tempora Pieria solitus redimire corona,
Nec minus attonitis vox celebrata reis,
Hic situs est, hic ille tuus, Sempronia, Rufus,
Cuius et ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elysio narraris fabula campo
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior, quae deserto raptore redisti:
Illa virum voluit nec repetita sequi.
Ridet, et Iliacos audit Menelaus amores:
Absolvit Phrygium vestra rapina Parim.
Accipient olim cum te loca laeta piorum,
Non erit in Stygia notior umbra domo.

---

5. Pulverumque *φ* fugax] sugat *T* yppodromon *T*: hippodemon *bp*: podromon non *s* ungula] non gloria *b* claudit *c*: pandit *s* 6. praeeuntis *Heinsius*: fugientis *vel* salientis *Roius*. tibique *P* sonant *sw* 7. nec cena tibi usquam *XABV*: non cenat tibi quisquam 𝔛: cenatibus *Heinsius*. 8. Na sono *T teste Heinsio*.

LI. De Fabullino *X*. 1. decipit *Gryphianae*: decepisti *s* Fabullum *Oμx*: Fabullum quid *α*: Fabullinum *cum reliquis* 𝔓. 2. Aule bonus homo bonus *h*: semper bonus homo *Oμxα*: semper homo bonus (bouus *φ*) *reliqui cum* 𝔓. tiro est] tyrone *φ*

LII. Ad Semproniam *X*. 1. Temporta *B*: Temora *X* redimere *XABVφ* corona] turna *XABV* 2. attonitus *Aμ* celebranda *l* 3. tuus] iacet *COhmpwzφ*𝔅 *et margo l*: licet *s* Simphronia *p* 4. tuis *X*: tuus *b* fraglat *XA* 5. miraris *l* 6. sinthesis ipsa *XABCpsw*𝔅 *et pr.V* 7. melius *Roius*. quo *s* desertor a patre *XAB* dedisti *p*: fuisti *h*𝔅 8. Illa virum noluit *Ow*: Noluit illa virum *mz* repetita] derelicta *h*𝔅 9. et *om. X* Illiacos *φ*: et alicos *A* odit *var. lect. c et Schmiederus*. Iliaco plaudit M. amori *vel* laudat *Heinsius*. 10. nostra *bswzφ* Parem *XABV*: virum Parim *pr.C* 11. logalae sapiorum *XABV*: loca lesa *s*: loca lesi *C*: lora laeta *w*: loca lecta *O*: iuga laeta *h*: iuga longa *lp*𝔅 12. Strigia *A* loco *pr.h*

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas:
Iste tibi dominam conciliavit amor.

## LIII.

Nummi cum tibi sint opesque tantae,
Quantas civis habet, Paterne, rarus,
Largiris nihil incubasque gazae,
Ut magnus draco, quem canunt poetae
Custodem Scythici fuisse luci.
Sed causa, ut memoras et ipse iactas,
Dirae filius es rapacitatis.
Ecquid tu fatuos rudesque quaeris,
Illudas quibus auferasque mentem?
Huic semper vitio pater fuisti.

## LIV.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus,
Rem magnam praestas, Zoïle, si bonus es.

## LV.

Gratis qui dare vos iubet, puellae,
Insulsissimus improbissimusque est.

---

LII, 14. conciliabit LIII, 2. paterve rarus, 7. est 8. Ut quid

---

13. Non aliena viris adamat *Heinsius.* ratas *Bw* 14. [*om. p.*] conciliabit *h*𝔓

LIII. * Ad Paternum *T*: Ad Paternam X. 1. Summi *C* 2. cives *A* habes *T* Paterne *BCOVlwλμκα*: Paternae *A*: par ter ner *T*: paterna *X*: paterve *cum reliquis* 𝔓. 3. quaet- gazae *T* 4. manus *s* 5. Stytici *XAB* ludi *XAB et pr.V*: nidi 𝔄 6. [*om. T.*] causa] causam *hp*: cum *c* memorant *Roius.* ipse] fuisse *l* 7. es *TXABCVchsλ*𝔄: est *reliqui.* capacitatis *l* 8. Ecquid *wλ*: Haecquid *T*: Ut quid X: Et quid *reliqui.* rudesve *Ow* 9. Inludas *TX* auferasve *sw* mentes *l*

LIV. Ad Zoilum X. [*Apponit D.*] 1. Nigre ruber *XAB*: Fronte ruber *CDsw*𝔅 *et duo Vossiani apud Burmannum Anthol. Lat. II*, *p.* 699. niger *om. B* bruis *AB* luscus *Heinsius et Weichertus Poett. Latt. Reliq. p.* 433. *Quo eodem vulgatam* lumine laesus *explicat Domitius.* 2. est *s*

LV. Ad puellas *X.* 1. quos dare vos X: qui vos dare *Aμκ* puellas *XABCVbchlzφ*𝔄 2. improbissimusqui *A*

Gratis ne date, basiate gratis.
Hoc Aegle negat, hoc avara vendit.
Sed vendat bene, basiare quantum est?
Hoc vendit quoque nec levi rapina;
Aut libram petit illa Cosmiani,
Aut binos quater a nova moneta:
Ne sint basia muta nec maligna,
Nec clusis aditum neget labellis.
Humane tamen hoc facit; sed unum.
Gratis quae dare basium recusat,
Gratis lingere nec recusat Aegle.

## LVI.

Aegrotas uno decies aut saepius anno,
Nec tibi, sed nobis hoc, Polycharme, nocet.
Nam quotiens surgis, soteria poscis amicos.
Sit pudor: aegrota iam, Polycharme, semel.

## LVII.

Cur saepe sicci parva rura Nomenti

---

LV, 11. facit hoc tamen, LVI, 2. 4. Polycarme

---

3. ne] nec *XABCVhp* 4. Egles *h* negat, hoc] nec (neu *pr.B*) adhuc *XABCVhp:* negat adhuc *l* [5. 6. *om. bsw*𝔓: *sic contraxit m* Sed vendat quoque nec levi rapina.] „*Versum quintum expungo, sextum transfero, ut praecedat illum* „„*Ne sint basia*"", *H. Grotius Syllog. Epistt. II, p.* 386. 6. ne levi *h* 7. petat *c* 8. vinos *AB et pr.V*: lebinos *margo bh*: nummos *h*: libitinos *l* e nova *zφ et Heinsius*: nova *l*: a mala *c* 9. Nec sint *b*: Nec sunt *h* muta *mszφλ*𝔓*:* multa *reliqui.* ne maligna *zφ* 10. [*om. XABCbchlmpszφ.*] Ne clusis 𝔓 (? *non P.*) negent *Heinsius.* 11. tamen hoc facit *OPclzφ:* tamen facit hoc *bmsw*: quidem facit hoc *h*: facit haec tamen *pr.V*: facit hoc (*om.* tamen) *XABC*: facit hoc tamen *μκα* sed *om. b* unum] unum est *μκα* [12. *om. P*: 𝔓 *teste Grutero versum* 11. *praeponit.?*] 13. linguere *A* nec recuset *m:* ne recuset *Heinsius.*

LVI. * Ad Zoilum *T*: Ad Polycharmum *X.* 1. decias ausepius *T* 2. Ne tibi *μ* nec nobis *T* 2. 4. Polycharme *APφ*: Polychame *B*: Polycarme *reliqui.* 3. sateria *T* pascis *b* 4. Si pudor aegrotat dapolicarme semel *T:* Sit pudor, aut aeger da Polycarme *Heinsius.*

LVII. * De stripitu *T*: De strepito *X.* 1. Curre pessiai parva rara numenti *T* parvia *ABV*: prima *φ* Nometi *P*: monenti *B*: momenti *XACbwφ*

Laremque villae sordidum petam, quaeris?
Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi. Negant vitam
Ludimagistri mane, nocte pistores,
Aerariorum marculi die toto.
Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Neroniana nummularius massa;
Illinc paludis malleator Hispanae
Tritum nitenti fuste verberat saxum.
Nec turba cessat entheata Bellonae,
Nec fasciato naufragus loquax trunco,
A matre doctus nec rogare Iudaeus,
Nec sulphuratae lippus institor mercis.
Numerare pigri damna quis potest somni?
Dicet quot aera verberent manus urbis,
Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo.
Tu, Sparse, nescis ista, nec potes scire,

---

**LVII, 14. sulfuratae 15. qui potest somni,**

---

2. Laurem quae *A* sordidum querem petis *T* poetam *X* 3. cogitandi, Sparse *O𝔓 et margo A*: cogitandis pare *T*: cogitandis pars *XAV et „antiquissimus membranaceus“ Scriverii*: cogitandi pars *B*: cogitandi pars est 𝔄: cogitandi spatium *reliqui.* 5. Ludi magistris *φ*: Ludi magister *Pbc*: Ludi magni *l* postore *T*: pictores *B* 6. Aerrariorum *φ*: Aerariolum *p et pr.h* 7. Hic otiosus sordida *T*: Nec otiosus *vel* Hic et odiosus *Heinsius.* 8. [*om. T.*] Neronianam *A* cumulatius *l* 9. Illinc pollicent malleatur *T*: Illinc pallidis, *corr.* pallidus, *margo* paludis, *h*: Illinc balucis *Turnebus et Salmasius*: Balucis inde *Heinsius.* 10. veste *bcl𝔓*: vecte *Gruterus.* [11—14. *om. T.*] 11. entheata] theatra *bcl* 12. fascinato *l*: asciato *Raderus.* naufragiis *w* trunco] triente *p* 13. A mare *Pm et pr.V* doctos *B*: ductus *A* Iudaeus] deus *c*: videns *b*: vides *swφ et pr.h* 14. institutor *B* 15. pigris *B*: prigri *φ* pigridam namquis *T*: pigri dampna quis *XABCOhlpφμx𝔅 et corr.V*: pigridam namquid *b*: pigridam nam qui *w*: pigri damna qui *reliqui.* [16—27. *om. T.*] 16. Dicet quod *μ*: Dicent quod *XAB*: Dicent quot *bcs et pr.V*: Dicere quot *O*: Ducere puto *l*: Dicet *om. φ* ora *z* verberet *l*: verberarent *h* 17. [*om. l.*] septa *sw et Gronovius Syllog. Epistt. II, p.* 523. Colcho] colo *sw*: Iolco *Heinsius in Ovid. Metam. VII. Argum. et in Fastt. II*, 575. lana *Cbchmswφ𝔅*: iana *z* vapula *sw* rambo *φ*: rumbo *s*: bombo *m* 18. necis *AB*: vestis *sw* nec potes scire] scire potes *b*: nec potest scire *m*

Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana summos despicit domus montes,
Et rus in urbe est vinitorque Romanus.
Nec in Falerno colle maior auctumnus,
Intraque limen clusus essedo cursus,
Et in profundo somnus, et quies nullis
Offensa linguis; nec dies nisi admissus.
Nos transeuntis risus excitat turbae,
Et ad cubile est Roma. Taedio fessis
Dormire quotiens libuit, imus ad villam.

## LVIII.

Ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa
Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

## LIX.

Tantum dat tibi Roma basiorum
Post annos modo quindecim reverso,
Quantum Lesbia non dedit Catullo.
Te vicinia tota, te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Hinc instat tibi textor, inde fullo,
Hinc sutor modo pelle basiata,
Hinc menti dominus pediculosi,

---

23. latus

---

19. [*om. s.*] Petinianis *XABCV*: Petilianus *φ*: Pecunianis *p𝔅* 20. domos *Oφ* montis *XAB* 21. viniterque **X** Romanus *om. C* 22. colle *mz𝔓*: monte *reliqui.* 23. Interque *bw* clausos *B*: latus *mz𝔓 et Arondellianus.* esse decursus *BC*: essedo curris *lp𝔅* 26. Non *Abclmwzφ*: Nec *h* ritus *w*: nisus *Gronovius Syllog. Epistt. II*, *p.* 523. excita *φ* 27. cubile stroma *XABCV𝔅*: cubile est stroma *𝔄*: cubile est coma stroma *l* 28. unus *w* iullam *φ*

LVIII. • Ad Alaudam *TX.* 1. Ancillariorum *φ* via te *w* 2. alaude *hlwzφ* [,,*Huc usque contuli MSS. cl.*" *Oudendorpius.*]

LIX. de Lesbia **X.** 2. anuos *φ* modo ] meo *b* 5. oscillo *z* 6. testor *b* 8. [*om. P.*] peniculosi *V*: periculosi *XABCbhmpswφμκα et duo Vaticani Heinsii*: pediculosi *primus Gryphius dedit.* maenae dominus pediculosae *Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 578. *et Adversariis p.* 618.

Hinc † desioculus, inde lippus,
Fellatorque recensque cunnilingus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

## LX.

Martis alumne dies, roseam quo lampada primum
Magnaque siderei vidimus ora dei,
Si te rure coli viridesque pudebit ad aras,
Qui fueras Latia cultus in urbe mihi:
Da veniam, servire meis quod nolo Kalendis,
Et qua sum genitus, vivere luce volo.

## LX, b.

Natali pallere suo, ne calda Sabello
Desit, et ut liquidum potet Alauda merum,
Turbida sollicito transmittere Caecuba sacco,
Atque inter mensas ire, redire suas;
Excipere hos illos, et tota surgere cena
Marmora calcantem frigidiora gelu:

---

LIX, 9. Hinc defioculusque, et inde lippus, LX, 3. pigebit *LX*, b. *cum LX. conflatum.*

---

9. Hinc desioculus inde *BC:* Hinc desiocolus inde *XV:* Hinc dexioculus inde *A et „alii codices" Domitii duoque Vaticani*: Hinc dexiocholus et inde *Pz*: Hinc defioculus et inde *φμκα et „antiquus codex" Domitii:* Hinc defiocolus et inde *w*: Hinc defioculusque et inde *bs:* Hinc defioculus subinde *O*: Hinc olex pochalus *m:* Desiocolusque hinc et inde *h*: Desiolculus hinc 𝔅: Hinc caecis oculis et inde lippis *Salmasius in Tertullian. de Pall. p.* 135. *ex veterrimo codice, in quo erat* caesis oculis: Nec deest hinc oculis et inde lippis *vel* lippus *Heinsius in Ovid. l. c. et Adversariis l. c.*: Hinc caecusque, oculis et inde lippus *vel* Hinc laesusque oculis, et inde lippus *vel* Hinc luscusque, oculis et inde lippus *Roius.* 10. cunnilinguis *XB*: cunnilignus *p:* cunnilingius *w*

LX. De se *X.* 1. Partis *C:* (M)artias *φ* alumna *pr.h* rosea *b* quod *XABV* lampade *B* 3. rura *BV* viridisque *BV* pudebit *XABCVhpφ*𝔅: pigebit *reliqui.* ad aras] aras *XA:* arator *BV* 5. meis *mszλφ*𝔓: tuis *reliqui.* volo *sw*

LX, b. De Alauda *X:* De Sabello *X. Conflarunt haec contra fidem librorum omnium Gruterus et Scriverius.* 1. parere *m* nec calda *Ch*𝔛: nec alauda *BV* Sabelle 𝔛 2. Desinet 𝔛 3. sollicitum *Roius.* sacro *bm* 4. ire] si forte *A*: forte *XBCVswφ:* sorte *h*𝔅 5. hos] hoc *XBV* spargere *pr.h* 6. calcantum *z* frigidaque ora *XC*𝔅: frigidulaque *sw*

Quae ratio est, haec sponte sua perferre patique,
Quae te si iubeat rex dominusque, neges?

## LXI.

Versus et breve vividumque carmen
In te ne faciam, times, Ligurra,
Et dignus cupis hoc metu videri.
Sed frustra metuis cupisque frustra.
In tauros Libyci ruunt leones,
Non sunt papilionibus molesti.
Quaeras, censeo, si legi laboras,
Nigri fornicis ebrium poetam,
Qui carbone rudi, putrique creta
Scribit carmina, quae legunt cacantes.
Frons haec stigmate non meo notanda est.

## LXII.

Antiqui rex magne poli mundique prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digni,
Scissa nec ad Manes, sed sita dives humus:

---

7. Sponte tua LXI, 5. fremunt

---

7. sua *Xbhmswφ*𝔄𝔓 (? *non P*) 𝔅 *et tres Vaticani*: tua *reliqui.* 8. si te *BV:* tibi si 𝔓 (? *non P.*) [13. 14. *affert D*: Quod racio est haec te proferre (perferre *corr.*) patique. Quod si te — neges?]

LXI. * Ad Ligurram *T*: De Ligurra *X.* 1. et] ut *hp*𝔅 breves *hps* vividum et carmen *T*: lividum 𝔅 2. nec *b* 3. dignos *XBV et corr.A:* digitos *pr.A* videre *ABV* 5. Libyco *X*: Libycos *Cbswφ* fremunt *m*𝔓 *et codex Vossianus Burmanni in Valer. Flacc. I*, 159.: ruunt *cum reliquis D*, *qui apponit* 5. 6. 6. popilionibus *z* 7. Quares *T*: Quaeres *BV*: Quaeris *b* legis *z* labores *XBbs* 8. servium poetam *T*: ebriumque poetam *XABCbx* 10. qua *T*: qui *XV* legant *Heinsius.* 11. non stigmate *h*

LXII. De Saturnalibus *X.* 1. Antique *O:* Antiquis *α* priores *z* 2. Sub quo *OPzλμxα*: Summo *p*: Sonno *w:* Somno *cum reliquis* 𝔅 *et tres Vaticani.* 3. Nec] Hoc *w* digni *bmswzφ*𝔓: digne *XABCp et pr.h:* digna *Ολμxα et corr.h* 4. Scisse *P* sed sita] sed sis *XAB*: sed mihi *z*: nec mihi *Pbh*: sed sibi *Heinsius Adversariis p.* 515. umus *pr.B*

Laetus ad haec facilisque veni sollemnia Prisci
Gaudia: cum sacris te decet esse tuis.
Tu reducem patriae sexta, pater optime, bruma
Pacifici Latia reddis ab urbe Numae.
Cernis, ut Ausonio similis tibi pompa macello
Pendeat et quantus luxurietur honos?
Quam non parca manus largaeque nomismata mensae,
Quae, Saturne, tibi pernumerentur opes?
Utque sit his pretium meritis et gratia maior,
Et pater et frugi sic tua sacra colit.
At tu sancte tuo sic semper amere Decembri,
Hos illi iubeas saepe redire dies.

## LXIII.

Uncto Corduba laetior Venafro,
Histra nec minus absoluta testa,
Albi quae superas oves Galaesi,
Nullo murice nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo:
Dic vestro, rogo, sit pudor poetae,
Nec gratis recitet meos libellos:
Ferrem, si faceret bonus poeta,
Cui possem dare mutuos dolores:

---

LXII, 12. Quâ LXIII, 9. honores:

---

5. Lautus *P* sollempni *X* 7. Te *C* redocem *A* 8. redis *w* 9. Cernis aut *φ* Ausonios *b* 10. Pandeat *s* onos *B* 11. Quam non] Quam *A*: Quam sit *B*: Quanti *hp𝔅*: Quam tibi *XCbsw* parta *p* nomis mala *B*: numismata *bhφ* mens est *XAB*: mensae est *swzφ*: *om. b* 12. praenumerentur *Arondellianus.* 13. Usque *B*: Ut sit *μκα*: Ut sit bis *Gryphianae.* 14. coli *BV* 15. Actu *P* sanctae tuo sio *X* tuos *hp𝔅* amare *XABCVhpφ* December *XABV*: Decembres *hp𝔅* 16. illis *OPbhw*

LXIII. De malo poeta *X.* 1. Cordoba *B* 2. Lustras nec *XV*: Lustra se nec *AB:* Lustra nec *Cp𝔅* 3. Pulli *Heinsius in Virgil. Georg. IV*, 125.: Lanis *Roius.* qui *Pbw et corr.h* oves] soles *XABCV𝔅* Gala est *XAB* 4. Nulli *h* colore *zφ*: rubore *Heinsius.* 5. olore *C* vero *Roius.* 6. vestro rosit *XABV*: rogo *om. Cbhsw*: nostro *bsw et corr.h* sit] si 𝔄 7. Nec *XABCbhmzφ𝔓*: Ne *reliqui.* recites *ABCVbpw et pr.h*: retices *s* 8. Ferrem] Vellem *P* 9. dolores *XABVhmpzφ𝔓 et* „*optimus*“ *Scriverii*: honores *reliqui.*

Corrumpit sine talione caelebs.
Caecus perdere non potest quod aufert.
Nil est deterius latrone nudo:
Nil securius est malo poeta.

## LXIV.

Vincentem roseos facieque comaque ministros
Cinna cocum fecit. Cinna gulosus homo est.

## LXV.

Formosa Phyllis nocte cum mihi tota
Se praestitisset omnibus modis largam,
Et cogitarem mane quod darem munus,
Utrumne Cosmi, Nicerotis an libram,
An Baeticarum pondus acre lanarum,
An de moneta Caesaris decem flavos:
Amplexa collum basioque tam longo
Blandita, quam sunt nuptiae columbarum,
Rogare coepit Phyllis amphoram vini.

## LXVI.

Bis quinquagenis domus est tibi milibus empta,
Vendere quam summa vel breviore cupis.
Arte sed emptorem vafra corrumpis, Amoene,
Et casa divitiis ambitiosa latet.

---

10. [*om. P.*] celeps *A* 11. non potest perdere *h* 13. Nec securius est *φ*: Nil est securius *h*

LXIV. * De Cinna *TX*. 1. Vincentes *XACV* roseo *XABμκ*: radios *C* faciaet cumaque *T* ministro *B* 2. coquum *Bbhφ*: quoquum *z* es *XABCbpw*

LXV. De Phyllide *X*. [*In φ sequitur Epigr. LXVIII.*] 1. Pillis *X* mihi cum nocte *bswφ* 2. Si *Oμ*: *om. C* praestitis si *B* 3. cogitantem *s* 4. Comi *XABV* 5. Bedicarum *bsw* aere *Gryphianae.* 7. bassioque *A* 8. Blandite *B*: Blandito *P*

LXVI. De Amoeno *X*. 1. ibi *C*: mihi *swz* 2. potes *h, sed corr. marg.* 4. divitis *XA*: deliciis *z et „Vossianus aliique codices“ Burmanni Anth. Lat. I*, p. 595. latet] lucet *p*: licet 𝔅

Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
    Et Maurusiaci pondera rara citri;
Argentum atque aurum non simplex Delphica portat:
    Stant pueri, dominos quos precer esse meos.
Deinde ducenta sonas, et ais, non esse minoris.
    Instructam vili vendis, Amoene, domum.

## LXVII.

Maiae Mercurium creastis Idus.
Augustis redit Idibus Diana.
Octobres Maro consecravit Idus.
Idus saepe colas et has et illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

## LXVIII.

Matutine cliens, urbis mihi causa relictae,
    Atria, si sapias, ambitiosa colas.
Non sum ego causidicus, nec amaris litibus aptus,
    Sed piger et senior Pieridumque comes.
Otia me somnusque iuvant, quae magna negavit
    Roma mihi: redeo, si vigilatur et hic.

## LXIX.

Sic tanquam tabulas scyphosque, Paule,
Omnes archetypos habes amicos.

---

5. testidine *X* 6. Maurisiaci *XABOPVbhzφ*: Mauri fiaci *sw* munera *s* cara *Omswzφ et corr.h* 7. Dephica *XABC* 8. Stat *A* domino *P* preces *X*: precor *Vhz* 9. ducente *B* sonos *φ* non esse ministros *P* 10. iuli *pr.h* amoena *X*

LXVII. De Idibus Maronis *X*. 1. Meiae *B* creastis sydus *P*: sidus creasti *φ*: creasti fide *bs*: fide creasti *z*: errasti fide *w* 2. Augusti *z*: Augustus *μ* Diana *om. h* 3. Octobris *Ow*: October *b* mare *X* [4. 5. *om. Pp.*] 4. Idem *bw* et illa *φ* 5. magi *A*: magna *XB*

LXVIII. * De clientibus *TX*. [*In bsw aliisque post LXIV.*] 2. Atriae *T* 3. caudicus *T* amoris *XBb* 4. ut senior *margo Gryphii.* 5. Otia ne *B* negabit *B𝔛*: negabis X: negavis *A*: negabas *h𝔅* 6. rideo *μκα* et hec *T*

LXIX. Ad Paulum *X*. 1. Hic *p* 2. archetyphos *φ*

## LXX.

Lintea ferret Apro vatius cum vernula nuper
Et supra togulam lusca sederet anus,
Atque olei stillam daret enterocelicus unctor,
Udorum tetricus censor et asper erat.
Frangendos calices effundendumque Falernum
Clamabat, biberet qui modo lotus eques.
A sene sed postquam patruo venere trecenta,
Sobrius a thermis nescit abire domum.
O quantum diatreta valent et quinque comati!
Tunc, cum pauper erat, non sitiebat Aper.

## LXXI.

Nil non, Lygde, mihi negas roganti:
At quondam mihi, Lygde, nil negabas.

## LXXII.

Iugera mercatus prope busta latentis agelli
Et male compactae culmina fulta casae,
Deseris urbanas, tua praedia, Pannice, lites,
Parvaque, sed tritae praemia certa togae.

---

LXX, 4. Nudorum 9. diatheta

---

LXX. De Apro *X*. 1. fert *s* vacuus *hμκα*: vanus *Oλ𝔄* 2. togula *V* 3. daret enterocelicus *Ozλ*𝔓: deret enteropelicus *XAB*: tereret emporicus 𝔄: donaret opelicus *vel* opellicus *reliqui*. 4. Udorum *Lipsius et Heinsius Adversariis p.* 97.: Nudorum *libri*. aper *bw* 6. Clamat *B* biberet] hiberos *XAB*: biberes 𝔄: Tyberi *Chp*𝔉𝔩. quod modo *XABhp*𝔉𝔩.: quum modo *O*: si modo *Gruterus et Heinsius Adversariis p.* 99. *vel* biberat quis. 7. sene (*om. A*) 𝔓 patruo *z*𝔓: *om. XAB*: nummi — trecenti *reliqui*. 8. habire *A* 9. diatrita *z*𝔓: diatetra *s*: diathreta *Gruteri tertius*: diaterca *palatinus alter*: diatethra, *corr.* diatreta *et* diatheca, *h*: diathetra *bwμ*: diatema *φ*: diatheca *Omλκ*: diatreta *cum reliquis* 𝔄𝔅. 10. sitiabat *z*

LXXI. Ad Lygdum *X*.

LXXII. * Ad Pannicum *TX*. [1—4. *om. T.*] 1. probe *B* 2. compactae *OPzλμκα*: comptae *XAB*: compositae *reliqui cum V*𝔄𝔅. 3. urbana *P* lytes *X* 4. sed] sunt *msωφ* certa] rara *zφ*

Frumentum, milium, ptisanamque fabamque solebas
Vendere pragmaticus; nunc emis agricola.

## LXXIII.

Heredem tibi me, Catulle, dicis.
Non credam, nisi legero, Catulle.

## LXXIV.

Dum tibi Niliacus portat crystalla cataplus,
Accipe de circo pocula Flaminio.
Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt
Munera? sed geminus vilibus usus inest.
Nullum sollicitant haec, Flacce, toreumata furem
Et nimium calidis non vitiantur aquis.
Quid, quod securo potat conviva ministro,
Et casum tremulae non timuere manus?
Hoc quoque non nihil est, quod propinabis in istis,
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

## LXXV.

Festinat Polytimus ad puellas:
Invitus puerum fatetur Hypnus:

---

LXXIV, 1. Cum tibi Niliacus portet 4. sed gemmis 7. portat LXXV, 2. Hymnus.

---

5. mileu *s* tisanamque *XBCObsz*: tisinamque *T*: tistinamque *A* solebam *P* 6. pragmaticos *XABCGbswzφ*: pragmaticis, *si recte assequor*, *V* nunc vendis *μ et pr.κ* agricula *T*

LXXIII. Ad Catullum *X*.

LXXIV. Ad Flaccum *X*. 1. Dum *XABCVz*𝔓 (? *non P*): ( )Vm *φ*: Cum *reliqui*. portet *Xpszμκα*: portat *cum reliquis* 𝔓 (? *non P*) catastus *α de sententia Merulae*. 2. Flamineo *bhsz*: Niliaco *BV* 4. [*Apponit D*: Et geminis aliquis vilibus usus inest.] geminus *Gruterus*: geminis *XABD*𝔓: gemis *h*: gemmis *reliqui*. iulibus *φ*: utilibus *AB*: utilis *GVμκα*: vilibus *cum reliquis* 𝔓. lusus *μ* 5. torreumata *φ* 7. Quicquod *s*: Quicquid *bw* portat *sw* 9. non *om. s* propinabit *B et pr.V*

LXXV. De Polytimo *X*. 1. Polytinus *zφ*: Pollicinus *h*: Plotinus *s* 2. Hypnus *XABCGVh*: Hinnus *zφ*: Hymnus *reliqui*.

Pastas glande nates habet Secundus.
Mollis Dindymus est, sed esse non vult:
Amphion potuit puella nasci.
Horum delicias superbiamque
Et fastus querulos, Avite, malo,
Quam dotis mihi quinquies ducena.

## LXXVI.

Amphora vicenis, modius datur aere quaterno.
Ebrius et crudus nil habet agricola.

## LXXVII.

Multis dum precibus Iovem salutat
Stans summos resupinus usque in ungues,
Aethon in Capitolio pepedit.
Riserunt homines, sed ipse Divom
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicenio clientem.
Post hoc flagitium misellus Aethon,
Cum vult in Capitolium venire,
Sellas ante petit Patroclianas,

---

7. amice LXXVI, 1. vigessi, LXXVII, 4. Divum

---

3. Pascas *φ* glandes *s:* claude *G* natis *ABGV* 4. [*om. P.*] Didymus *φ* 5. Amphyon *A:* Amphium *B:* Amphyam *X*: Amphiam *V* 6. superbiasque *Obswzφ* 7. fastu *XABGV* querulus *Gb:* quaerullus *A* Avite *Heinsius:* avi *XABGV*: ãuim *C*: amice *reliqui.* mallo *X* 8. ducenas *b:* ducenta *Pz*

LXXVI. * De agricola *X. Sine lemmate T.* 1. vicenis *TCObmswzφ, Aldina secunda et Scriverii „codex chartaceus"*: vigesis *XABPμx:* vigessis *α:* vigesi *G:* vigetiis *h*𝔅 modios *AG* asse *m:* axe *sw* 2. agricula *T*

LXXVII. * De Aethone *X:* Ad Etonem *T.* 1. Mutis *Heinsius.* pacibus *X* 2. summis *XAB*: summo *φ:* imos *Heinsius in Sil. Ital. XVII*, 333. respicenos *T* in *om. V* 3. Aethion *AGV:* Aechion *B* Capitolium *XABCGbwzφ* pependit *TG* [4. 5. 6. *om. T.*] 4. comites *sμxα:* homines *cum reliquis* 𝔓. Divom *XA*: ehion *B*: divum *reliqui.* 5. trinoctialis *b et pr.h* 6. Afficit *h* [9. 10. *om. T.*] 9. Paterclianas *XBφ:* pater dianas *bw*: Paternianas *O:* quatridianas *hp*𝔅

Et pedit deciesque viciesque.
Sed quamvis sibi caverit crepando,
Compressis natibus Iovem salutat.

## LXXVIII.

Nil in te scripsi, Bithynice. Credere non vis,
Et iurare iubes? Malo satisfacere.

## LXXIX.

Donavi tibi multa, quae rogasti;
Donavi tibi plura, quam rogasti:
Non cessas tamen usque me rogare.
Quisquis nil negat, Atticilla, fellat.

## LXXX.

Ne laudet dignos, laudat Callistratus omnes.
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

## LXXXI.

Brumae diebus feriisque Saturni
Mittebat Umber haliculam mihi pauper;
Nunc mittit halicam: factus est enim dives.

---

LXXXI, 2. aliculam 3. Nunc misit alicam:

---

10. deitiesque *G* vigetiesque *h*𝔅: vigesiesque *sw* 11. Et *G* cacaverit *BV* precando *Pbzφ* 12. Compraessis *A*: Cum pressis (presis *T*) *TXBV*: Compressus *μ*

LXXVIII. De Bithinico *X*. 1. Nil interscripsi *P*: Nil in te scribi *Cbhsw et teste Heinsio X*. 2. Et vitare *s*: Et iuvare *μ et pr.κ* mallo *XA*

LXXIX. Ad Atticillam *X*. 1. quam *z, omisso versu* 2. 3. cessa *B* usquam *pr.h* 4. nihil *b* Atticillam *κ*: Acticillam *μ* fallet *AG*𝔛: fellare *b*

LXXX. * De Callistrato *TX*. 1. laudes *XABC* Et laudat dignos *h* laudat] laudet *O* 2. qui *b*

LXXXI. De Umbro *X*. 2. Mittebas *m* haliculam *φ*: halyculam *P*: halliculam *XBOV*: balliculam *AG*: aliculam *vulgo*. 3. Nunc nunc *C* mittis *m*: mictic *b*: mihi *sw*: misit 𝔓 halicam *XABOPV*: balicam *G*: alicam *reliqui*. es *m* enim] ergo *hp*𝔅

## LXXXII.

Effugere in thermis et circa balnea non est
Menogenen, omni tu licet arte velis.
Captabit tepidum dextra laevaque trigonem,
Imputet acceptas ut tibi saepe pilas.
Colliget et referet laxum de pulvere follem,
Et si iam lotus, iam soleatus erit.
Lintea si sumes, nive candidiora loquetur,
Sint licet infantis sordidiora sinu.
Exiguos secto comentem dente capillos,
Dicet Achilleas disposuisse comas.
Fumosae feret ipse tropin de faece lagonae,
Frontis et humorem colliget usque tuae.
Omnia laudabit, mirabitur omnia, donec
Perpessus dicas taedia mille „Veni!"

## LXXXIII.

Derisor Fabianus herniarum,
Omnes quem modo colei timebant

---

**LXXXII, 11.** feret ille tropin de faece lagenae, **12.** ipse tuae.

---

LXXXII. De Menogene *X*. 1. in terris *s*: e thermis *Gryphianae*. circum *zφ* balnea] compita *φ* 2. Menogenem *Gh* 3. trionem *XABCGVmp𝔅* 4. acceptas *XGbhmswzφ𝔓*: exceptas *reliqui*. 5. Colligit *ABCPbszφ*: Corriget *Heinsius Adversariis p.* 613. refert *Gb et pr.P* lapsum *bhwμκα*: laxum *cum reliquis 𝔄𝔓*. 6. ero *XABCGV𝔄𝔅* 7. Linthe si *G* sumas *Gμκα*: summas *O* nive] nunc *s* candidiore *bs* loquatur *G et pr.h* 8. Sit licet *φ* infanti *XAV*, *quod probabat Heinsius in Ovid. Heroidd. IX*, 86. *et Adversariis p.* 76. 9. secto] si te *P* committentem *s*: committet *φ*: committe *b*: committere *hw* 10. Dicit *Obswμκ*: Dices *XABG* comas] casas *G* 11. tropin de *Ολα*, *margo B et corr. palatinus alter*: *om.G*: propinde *reliqui cum 𝔅𝔓*. lagonae *AC*: iagonae *X*: lagoenae *P*: lagenae *reliqui*. 12. umor *X* colligit *XABCbhswzφ* utque *XAV*: ipse *Gm*: ille 𝔓 (? *non P*) suae *h𝔅* 13. laudavit *ABV* 14. thedia *G*

LXXXIII. De Fabiano *X*. 1. Favianus *AG* hermiarum *μ*: hirnearum *XABGV et margo hs*: hyrnearum *P* 2. Omne *XA*: Omnem *G* collei *φ*: cole *XABG*: colles *C*: stolae *p*

Dicentem tumidas in hydrocelas,
Quantum nec duo dicerent Catulli;
In thermis subito Neronianis
Vidit se miser, et tacere coepit.

## LXXXIV.

Nolueram, Polytime, tuos violare capillos,
Sed iuvat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras, modo tonse Pelops, positisque nitebas
Crinibus, ut totum sponsa videret ebur.

## LXXXV.

Paediconibus os olere dicis.
Hoc si, sicut ais, Fabulle, verum est,
Quid tu credis olere cunnilingis?

## LXXXVI.

Triginta tibi sunt pueri totidemque puellae:
Una est, nec surgit mentula. Quid facies?

## LXXXVII.

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,

---

LXXXIII, 6. Videt

---

3. timidas *p* in thyprocelas *A*: in thiprocelas *X*: in thiprocellas *BCGV*: in hygrocelas *μ et pr.x*: in ydro celas *P*: Enterochelas (*om.* in) *φ*: inidro celas *b*: scinthi procellas *hp*: schinti (schiti *m*) procellas *msw* 4. Quantas *bswφ* dicerent duo *P* 6. Vidit te *XABCGVbswzφ* misere *XABGV*

LXXXIV. De Polytimo *X*. 1. Volueram *p* Polytine *bzφ* violare] turbare *h* 2. iuva *BC*: iubeat hoc praecibus *A*: iubeat precibus hoc *G* 3. erat *XABVbw* tonsae *A*: tonsa *Xbsw* 4. ebor *X*

LXXXV. In Fabullum *X*. 2. Non si *z* sic ut *O*: sit ut *b* Fabullae *A*: *om. P* versum est *G* 3. te *G* credas *b* cunni lingis *O*: cunnilinguis *B*: cunnulinguis *X*: cunnum lingis *AG*: cunnolingis *C*: cunnilingiis *w*: cunnilingus *b*

LXXXVI. Ad lascivum *X*. 1. sunt tibi *s*

LXXXVII. De Cotta *X*. 1. Cocta *Gh* se *om. hμκα*

Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
Qui solus inopi praestat et facit turbam,
Excogitavit homo sagax et astutus,
Ne facere posset tale saepius damnum:
Excalciatus ire coepit ad cenam.

## LXXXVIII.

Tongilianus habet nasum: scio, non nego. Sed iam
Nil praeter nasum Tongilianus habet.

## LXXXIX.

Quod lana caput alligas, Charine,
Non aures tibi, sed dolent capilli.

## XC.

Pro sene, sed clare, votum Maro fecit amico,
Cui gravis et fervens hemitritaeus erat,
Si Stygias aeger non esset missus ad umbras,
Ut caderet magno victima grata Iovi.
Coeperunt certam medici spondere salutem.
Ne votum solvat, nunc Maro vota facit.

---

LXXXVII, 6. Excalceatus XC, 2. hemitritaeos 3. non iret missus ad undas,

---

2. neglegentem *XBPV* ducet *μκ* pedas *X* 3. restat *Burmannus in Ovid. Metam. I*, 355. facit urbam *P* 4. suataxet astutus (aestutus *A*, astututus *C*) *XABCGV* 5. damum *A* 6. Excalciatus *XGO*: Excalceatus *reliqui.*

LXXXVIII. De Tongiliano *X.* 1. non ego *XABGhμ*, *pr.κ et Iunianae et teste Grutero* 𝔓 (? *non P*). sed quam *Heinsius.*

LXXXIX. * Ad Carinum *TX.* 1. alligat *XAC*: illigas *Heinsius.* Charinae *XA*: Carine *T* 2. sed olent *corr.T*

XC. * De Marone *TX.* 1. sed clare *T*𝔓 *et Scriverii Florentinus:* sed caro *reliqui.* Matho *Heinsius.* facit *X* 2. Cum *G* hemitriteos *XABCGszφλ*: emitriteus *P*: emithriteos *O*: emitritethos *h*: hemetriteos *b*: hermitritetos *p* 3. Stygeas *A*: fugias *b* non esset *TXABCGVhpμκα*: non iret *Obmzφ*𝔓: non isset *Heinsius.* misus *T* ad umbras *T*: ad undas *reliqui.* 5. Ceperint *T* 6. solvat votum *λ* saluat *B* nunc mora (*om.* vota) facit *T*: nulla facit *Heinsius.*

## XCI.

Communis tibi cum viro, Magulla,
Cum sit lectulus et sit exoletus,
Quare, dic mihi, non sit et minister.
Suspiras; ratio est, times lagonam.

## XCII.

Saepe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus,
Si fiam locuples simque repente potens.
Quemquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?

## XCIII.

Qua moechum ratione basiaret
Coram coniuge repperit Fabulla.
Parvum basiat usque morionem;
Hunc multis rapit osculis madentem
Moechus protinus, et suis repletum
Ridenti dominae statim remittit.
Quanto morio maior est maritus!

## XCIV.

Scribebamus epos; coepisti scribere: cessi,
Aemula ne starent carmina nostra tuis.

---

XCI, 4. lagenam.

---

XCI. Ad Magullam *X*. 2. lectalus *X*: lectus *bsw* 3. sic *bs* 4. timas *G*: timet *m* lagonam *XABCGPVszφ*: lagenam *reliqui*.

XCII. * Ad Priscum *TX*. [*In P praecedit Epigr. sequens.*] 2. locuplex *P* sumque *b*: sique *Heinsius*. 3. Quamquam *T* futurus *A*: futurum X

XCIII. De Fabulla *X*. 1. mecum *G* 2. repetit *z* Labulla *XABGV* 3. Parum *Ph* 4. Hunc multis oculis rapit *X*: Hunc multis osculis rapit *Obswμx*: Hunc multis rapit oculis *B* 5. Metus *B* proximus *msw*𝔓 (? *non P*) repletus *X*: repletur *ABGV* 7. magis est *Vbsw*: est magis *μx* marito *Gp*𝔛

XCIV. * Ad Tuccam *TX*. 1. Scribebam usepos *P*: Scribamus epos *bswφμ et pr.x*: Scribebant Musae *G*: Scribebam versus 𝔛 aepos *A* 2. ne obstarent *Heinsius*. tui *XAB*

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos:
Aptasti longum tu quoque syrma tibi.
Fila lyrae movi Calabris exculta Camenis:
Plectra rapis nobis, ambitiose, nova.
Audemus saturas: Lucilius esse laboras.
Ludo leves elegos: tu quoque ludis idem.
Quid minus esse potest? epigrammata fingere coepi:
Hinc etiam petitur iam mea palma tibi.
Elige, quid nolis; quis enim pudor, omnia velle?
Et si quid non vis, Tucca, relinque mihi.

## XCV.

Musaei pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas
Instanti lege Rufe; sed puella
Sit tecum tua, ne talassionem
Indicas manibus libidinosis
Et fias sine femina maritus.

---

XCIV, 5. doctis exculta Camoenis? 6. ambitione 7. satyras? 10. mea fama 11. quis enim est pudor, XCV, 6. Inducas

---

3. Transtulit ut traiaicose *T*: Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cornu *A*: Transtulit ad tragicos cornu se nostra Talia *B* 4. magnum *V* mihi *sw* 5. byrae *A*: liriae *T* Calabris *T*: doctis *reliqui*. *Vide Gronov. Observatt. IV*, 22. *p.* 783. exultat *T* 6. ambitiose (ambitiosae *A*) nova (novem *T*) *TXABCO mswφ𝔄𝔓* (? *non P*): ambitione nova *reliqui*. 7. saturas *T*: satyras *et* satiras *reliqui*. labores *B* 8. levis *Pbswφ* 9. mimus *w* potes *TABh* fingere coepi *TPμκα*: scribere coepi *Oz*: pangere coepi *φ*: tangere coepi *w*: pingere (pinguere *A*) possis (poscis *G*) *XABCGVp𝔅*: tangere possis *ms*: tangere (*margo* pingere) posses *h*: possis (*om.* fingere) *b* 10. mea palma *T*: mea (me *pr.P*) fama *reliqui*. 11. quod *zφ* nobis *B* quis] quid *h* enim est pudor *Gryphianae*. vellet *bs*

XCV. * Ad Rufum *TX*. [1. 2. *om. T*: *transponit P.*] 1. Musei *margo h*: Museti *AG*: Musseti *XABCPVp*: Tusseti, Museti, Musseti *codices Burmanni Anth. Lat. II*, p. 483.: Tussem *bhsw*: Bissenos *Omzφ* 2. certare *h* Sabariticis *Csz* tabellis *Burmannus l. c.* 3. Has tinctas *T* prurientes *T* 4. Instante *TV* puelle *s* 5. Sic *μκ* ne] nec *B* talasionem *O*: thalasionem *X*: telassionem *s*: thalasione *B* 6. Iudicas *b* lividinosis *T* 7. maritis *φ*

## XCVI.

Cum tibi nota tui sit vita fidesque mariti,
Nec premat ulla tuos sollicitetve toros,
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris,
In quibus et brevis est et fugitiva Venus?
Plus tibi quam domino pueros praestare probabo:
Hi faciunt, ut sis femina sola viro.
Hi dant quod non vis uxor dare. „Do tamen,“ inquis,
„Ne vagus a thalamis coniugis erret amor.“
Non eadem res est: Chiam volo, nolo mariscam.
Ne dubites quae sit Chia, marisca tua est.
Scire suos fines matrona et femina debet:
Cede sua pueris, utere parte tua.

## XCVII.

Uxor cum tibi sit puella, qualem
Votis vix petat improbus maritus,
Dives, nobilis, erudita, casta,
Rumpis, Basse, latus, sed in comatis,
Uxoris tibi dote quos parasti.
Et sic ad dominam reversa languet
Multis mentula milibus redempta;
Quae nec vocibus excitata blandis,
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in ius.
Non est haec tua, Basse: vendidisti.

---

XCVI, 10. Nec dubites, 12. suam XCVII, 2. improbis 8. Sed nec

---

XCVI. Ad uxorem *X*. 1. Dum *C* vota *G* sit *om.* *G* 2. premet *X* suos *XABG*: tuis *p* sollicito tue toros *A*: solicitetque *Oμκα* 3. pelicibus *BP*: paelicibus *A* 4. futtiva *AB*: fututura *G* 5. praestabo probabo *G* 7. Ii *φ* dare uxor *P* 10. Nec dubites *P* tua est] via est *b* 12. Caede *O* suam *𝔛* parce *B*

XCVII. Ad Bassum *X*. 1. tibi] si *b* qualem] mallem *XABGV* 2. petat *OPμκα*: petit *reliqui.* improbis *fortasse Xs* 4. lanis *s* incomatis *OP* 6. Ut sit ad *X* 8. Quae nec *Heinsius*: Vel ne *XABCGVp*: Sed nec *reliqui.* blandis] sentit *Pz* 9. police *A*: pellice *G* 10. tantum *z*: tamen *b* 11. Nec *s*

## XCVIII.

Baetis olivifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis;
Quem Bromius, quem Pallas amat; cui rector aquarum
Albula navigerum per freta pandit iter:
Ominibus laetis vestras Instantius oras
Intret, et hic populis ut prior annus eat.
Non ignorat, onus quod sit succedere Macro.
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

---

XCVIII. De Albula *X*. [1. 2. *affert Isidorus Hispalensis Origg. XIII*, 21, 34.] 1. olibifera *XAB*: olisufera *G* crimen *Bμκ* 2. nicidis *X* vellerat *X* tinguis *ABGPz*: tingit *pr.h et libri Isidori.* 3. Bronius *φ*: Promius *XAB* amaticui (*sic*) *O* [*Post v. 4. in P est spatium vacuum.*] 5. Hominibus laetis *φ*: Omnibus laetis *μα et pr.κ*: Omnibus et laetis (laeti *B*) *Bbhsw* laetis *om. G* nostras *μκα* Instantius *XOμκα𝔓* (? *non P*): intrantibus *Pbmφ*: instantibus *reliqui cum* 𝔅. horas *multi.* 6. Inter *V* populus *V* amnis *hsw*𝔅 erat *X* 7. honos *sw* quid sit *bhwμκ* scit *G* 8. [*Apponit D.*] mentitur *XABCV*

# M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER XIIII.

## *Xenia.*

### I.

Ne toga cordylis et paenula desit olivis,
　Aut inopem metuat sordida blatta famem;
Perdite Niliacas, Musae, mea damna, papyros;
　Postulat, ecce, novos ebria bruma sales.
Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
　Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

---

Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI. — I, 1. cordyllis, ne paenula

---

Apparatus criticus. — *Collati sunt iidem libri praeter Vclm. Accedit M. Lemmata ex Gsw non sunt annotata.* MARCIALIS EXENIAM *Inscriptio in T.*

I. * Ad lectorem *T: nullum lemma X.* [1. *om. G:* 2. 1. *in P extant etiam in fine praecedentis libri.*] 1. Ne togo *T*: Ne togea *b:* Ne tota *s:* Ne vea *XC:* Ne quea *ABM* cordylis *et* cordilis *XABCOPφ:* cordyiis *T:* corylis *M:* cordyllis *et* cordillis *reliqui.* et paenula (pennula *φ*) *XABCOPbωφμκα et margo p*: et picenulla *T:* ne (nec *h*) paenula *reliqui.* desilolivis *X et corr.B*: desit ovilis *pr.p* 2. blaita *O:* blacta *φ:* blana *G*: blanditia *B* 3. Pedite *B* Musa *P* dampna *X* 4. novo *G* 5. magnanima *G* depugna tesera telo *T* repugnat *h* tessara *Gz* tallo *φ* 6. cassat *B:* quassit *O* ebor *A*

Haec mihi charta nuces, haec est mihi charta fritillus.
Alea nec damnum, nec facit ista lucrum.

## II.

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus,
Quantum noluerat ferre rogatus Atlas,
Et possis ipsum tu deridere Latinum:
Non potes in nugas dicere plura meas,
Ipse ego quam dixi. Quid dentem dente iuvabit
Rodere? carne opus est, si satur esse velis.
Ne perdas operam: qui se mirantur, in illos
Virus habe, nos haec novimus esse nihil.
Non tamen hoc nimium nihil est, si candidus aure,
Nec matutina si mihi fronte venis.

## III.

Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello
Constabit nummis quattuor empta tibi.
Quattuor est nimium? poterit constare duobus,
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

---

II, 2. noluerit  9. Nec tamen

---

7. Nec mihi *bhp* noces *TXABCG*: nocens *bsw*: nocet *hp*𝔅 haec est *om. XABG*: hoc est *s*: nec est *hp* fritilli *T teste Heinsio.* 8. Alia *T*: Alca *φ* dampnum *X*: olamnum *φ* non facit *T*

II. * *Nullum lemma T*: Xenia *b* 1. Nasus *BG* si denique *T* nasum ê *b* 2. Quantam *BG* noluerat *TCPbwzφ*: rouerat *A*: revera *Bhp*: referat *X*: renueret *O*: noluerit *reliqui.* rogatur *BGφ*: cogatur *hp* Atlans *TXA*: Athlas *O*: alas *φ* 3. posis *T*: posses *XABCGbφ* 5. qui dixi *hp*: sed dixi *T* 6. carnem *TB* est *om. z* sator *ABG* 7. Non perdas *G* qui seminantur *Pb* 8. habes *XBCGhp* hoc *Cbzφ* 9. Nec tamen *Osw* nihilum *Heinsius.* nihil esse *X*: nec est *b* si cditus *T* 10. Nec matutinas mihi *X* venit *T*

III. * *Nullum lemma TX*: Ad lectorem *O.* 1. gracili] graecii *A*: greci *XBCGhp* xiniorum *T*: seniorum *XABCPbsz et margo h*: xexinorum *h*: cachenorum *p* 2. tibi] meis *s et pr.w* 4. Et faciat *T* bybliopala *X*: bibliopala *B*: byblia pala *T* Tripon *T*: Trifon *P* [*Post hunc versum spatium extat in P.*]

Haec licet hospitibus pro munere disticha mittas,
Si tibi tam rarus, quam mihi, nummus erit.
Addita per titulos sua nomina rebus habebis:
Praetereas, si quid non facit ad stomachum.

## IV. *Tus.*

Serus ut aetheriae Germanicus imperet aulae
Utque diu terris, da pia tura Iovi.

## V. *Piper.*

Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo,
Cum tibi sorte datur, si sapis, adde piper.

## VI. *Halica.*

Nos halicam, poterit mulsum tibi mittere dives.
Si tibi noluerit mittere dives, emes.

## VII. *Faba.*

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cenis saepe negare potes.

---

III, 5—8. *novum Epigr. sunt:* Ad eundem. V, 2. forte VI, 1. mulsum poterit 2. eme. VII. *Conchis faba.*

---

5. Hoc *P*: Nec *w* mittis *P:* mutas *s* 6. Sit tibi *T*: Si sit tam *bs* tam] quam *AB* [*Post hunc versum rursus spatium relictum in P.*] 7. Addita particulos *P*: Cadit per titulos *T* 8. [*om. P.*] Praeterea *XABCGbs* si quidem non *T* facis *corr.w*

IV. * Thus ad sacrificium *φ*. 1. Serus ut] Sertis *T*: Caesar ut *XC:* Securus *B* aetheriae *vel* aethereae (aetherii *T*) — aulae *Twφ𝔓*, *Bongarsianus et omisso* aulae *b*: aetheria *vel* aetherea — aula (aura 𝔅) *reliqui.* imperet *om. P*

V. * 1. qua *B* populo *C* figedula *P:* ficue dula *T* limbo *XABCG:* libo *Vossianus Burmanni Anth. Lat. I, p.* 590.*:* umbo *b* 2. sorte *XABGh et Arondellianus*: forte *reliqui.* piger *pr.B*

VI. * Halica *XABCObhφ:* Alica *reliqui.* 1. Non *T* halicam *XABCObhφ*: alicam *reliqui.* mulsum poterit *OPμκα* 2. Sit tibi *B* emes *TM:* emis *P:* emas 𝔅: eme *reliqui.*

VII. * Faba *TXABCGh*: Conchis *zφλ*: Concha *b:* Conchis faba *reliqui.* 1. spum rubra *G*: fumet *Heinsius.* 2. lautorem *T* saepe] nempe *Heinsius.*

### VIII. *Far.*

Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas,
Ut satur in vacuis dulcia musta bibas.

### IX. *Lens.*

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem:
Vilior est halica, carior illa faba.

### X. *Simila.*

Nec poteris similam, poteris numerare nec usus,
Pistori totiens cum sit et apta coco.

### XI. *Hordeum.*

Mulio quod non det tacituris, accipe, mulis.
Haec ego coponi, non tibi, dona dedi.

### XII. *Frumentum.*

Tercentum Libyci modios de messe coloni
Sume, suburbanus ne moriatur ager.

---

IX. *ante VIII.* X. *Simila ex tritico.* 1. poteris similae dotes numerare XI, 1. Mulio, quod non des 2. cauponi, XII. *Frumentum triticeum.*

---

VIII. * [*In X post IX.*] 1. Chisinis *G* cultibus *bw* 2. bibes *G*

IX. * 1. Niliacam] macham *G* plelusia *φ* 2. alicha *X*: aliaca *μκ* caria *G*

X. Simila *XABCh*: Simula *Obzφμκα*: Simila ex tritico *vulgo*. 1. Nec poteris similam (simulam *Obhsw*) poteris numerare *XABCGObhpsw*: Nec dotes simulae poteris numerare *zφ*: Nec dotes similae (simulae *P*) possis numerare *MP*: Nec poteris similae (simulem *μ et pr.κ*) dotes numerare *μκα* neceussus *G* 2. Pistoris *P*: Pistorit *B* quotiens *M* acta *p* cocco *X*: coquo *Cbhzφ*

XI. * Ordeum *Obhφ*. 1. quid non *P*: qui non *b* non det *XABCGObhpswzφμλα et pr.κ*: non dā *T*: non des *reliqui cum P et corr.κ.* taciturnus 𝔅: taciturus *bhpswφ*: taciturnis *Heinsius*. 2. Nec *b*: Hoc *T* coponi *XAObszφ*𝔄: couponi *C*: cauponi *reliqui*.

XII. Frumentum triticeum *Ολμκα.* 1. Interdum *Heinsius*. modios Libyci de gente coloni *M* modio *s*: modia *b* 2. Summe *Obμ et pr.κ* nec *B*: non *AG* eger *G*

## XIII. *Betae.*

Ut sapiant fatuae, fabrorum prandia, betae,
O quam saepe petet vina piperque cocus!

## XIV. *Lactuca.*

Cludere quae cenas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, cur nostras inchoet illa dapes?

## XV. *Ligna acapna.*

Si vicina tibi Nomento rura coluntur,
Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

## XVI. *Rapa.*

Haec tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quae damus, in caelo Romulus esse solet.

## XVII. *Fasces coliculi.*

Ne tibi pallentes moveant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

---

XIV, 1. Claudere 2. inchoat XVII. *Coliculi.*

---

XIII. * 1. Et sapiant *b* futuae *A*: saturae *P* grandia *P* baetae *T* 2. Ut quam *G*: Et quam *XABCp* patet *T* coquus *Cbhzφ*

XIV. Lactucae *Xφλ*. 1. Cludere *XABGMP*: Claudere *reliqui.* anorum *G* 2. Cur nostri domini inchoët *X*: Cur donum nostra inchoet *B*: Omimci cur *A* inchoet *XABC et* „*membranae*" *Scriverii*: inchohet *b*: incohet *Gh*: incohat *sφ*: inchoat *reliqui.*

XV. * Ligna Acapna *μ*: Ligna actua *T*: Ligna *Obhzφ*. 1. non mento *X* colantur *T* 2. moneo *TOPbswzφμxα*: manebis *XABG𝔅*: Manebis ad villam (villa *C*) *Chp*: „*f.* manhis *pro* manais" *P. S., h. e. Petrus Scriverius, in margine codicis A.* ligniferam *G*

XVI. * Rapum *λ*. 1. prumali *T* rapa *om. G* 2. caelos timulus *T*: Remulus *z*

XVII. * Fasces coliculi *Heinsius*: Fascis coliculi *XABCλ*: Fasciscoli *T*: Caules *bhzφ*: Coliculi *reliqui.* 1. Nec ibi *T* pullentes *T* noceant fistigia *B* 2. Vitiata *𝔅* brasica *BXbh* fiet *zφ et pr.h*: flatus *T*

### XVIII. *Porri sectivi.*

Fila Tarentini graviter redolentia porri
Edisti quotiens, oscula clusa dato.

### XIX. *Porri capitati.*

Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros.
In niveo virides stipite cerne comas.

### XX. *Napi.*

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis:
Nursinas poteris parcius esse pilas.

### XXI. *Asparagi.*

Mollis in aequorea quae crevit spina Ravenna,
Non erit incultis gratior asparagis.

### XXII. *Uvae duracinae.*

Non habilis cyathis et inutilis uva Lyaeo,
Sed non potanti me, tibi nectar ero.

---

XX, 1. Nos    XXII. *Uva duracina.*

---

XVIII. * Porri sectibi *T priore loco. Exhibet enim et h. l. et post XIII, 47.*: Porri *bhzφ.*    1. Filla $T^1$: ( )Hylla *φ*    2. Aedisti $T^1$: Edistis *b*    cotiens $T^2$    basia *zφ*    clusa *XABCGPzφ*: clasa $T^1$: lausa $T^2$: clausa *reliqui.*    dato] pati *B*

XIX. * Pori capitati *T*: Porri capita *bh.*    1. Mitit *T*: Mittis *AGP*    Aritia *TXBOb alii.*    2. In vineo *φ*    stippite *X*    canne comas *G*    stipite cerne comas virides *P*

XX. * 1. Hos *TABCμα*: ( )Os *φ*: *om. P*: Nos *reliqui.*    Aminterninus *X*    educet *Heinsius.*    orthis *G*: hoetis *T*: hortus *P*    2. Nursinus *T*: Vursinas *s*    spilas *B*: napas *sw*

XXI. * Asparaci *T.*    1. crivit *B*: trivit *A*    Raverna *T*: Ravennae *P*    2. inculatis *P*    asparatis *T*

XXII. * Uvae duracinae *TXABCbhzφ*: Uva duracina *vulgo.*    1. abilis *TP*    orathis *G*    Lisaeo *B*    2. putanti *AG*

### XXIII. *Ficus Chiae.*

Chia seni similis Baccho, quem Setia misit,
Ipsa merum secum portat et ipsa salem.

### XXIV. *Cydonia.*

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle
Ponentur, dicas: „Haec melimela placent."

### XXV. *Nuces pineae*

Poma sumus Cybelae: procul hinc discede, viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

### XXVI. *Sorba.*

Sorba sumus, molles nimium durantia ventres:
Aptius haec puero, quam tibi, poma dabis.

---

XXIII. *Chia ficus.* 1. mittit, XXIV, 2. licet. XXV, 1. Cybeles, procul hinc absiste

---

XXIII. * Ficus Chiae *dedi*: Ficus civiae *T*: Ficus Chia *XBG*: Uvae Chiae *zφ*: Chia *O*: Chia ficus *vulgo*. 1. Chias sen similis *T*: Chias enim *Xhp*: Chia senis *s*: Chia ficus *G* quam *BO bhswμxa*: quem *cum reliquis „excerpta codicis Cuiaciani et alius scriptus" Scriverii.* Sitia *XABCG*: Sithia *bsw*: Syria *h*: sedula *T* mittit *G et scriptus Scriverii.* 2. secum merom *AB*: portat secum *h* portet *T teste Heinsio.*

XXIV. * [*In φ post XXIII*, 1. *sequitur LXII*, *cum exciderit folium. In T ordo singulorum turbatus est. Nam XXIII. excipit L, sed post XII*, 96. *sequitur XIII*, 47. 52. 18. 63. 101. 88. 89. 84. 24. 27 *sqq. Affert hoc Epigr. Isidorus Origg. XVII*, 7, 5.] Cydonea *T*: Cythonea *X*: Citonia *hz*: Citonea *b*: Poma Cydonia *λ*. 1. Sitib *T*: Sit tibi *bsw* Caecropio *P*: Cetropio *T*: Cecropia *Gbsw*: Cecropios *XAB* Cydonea *TXABGP*: Cithonia *C*: Citoneia *b*: Citonea *w*: Cetonea *s*. mella *B*: mello *s* 2. Ponantur *G* melimella *Isidori vulgata*: malomella *codices Isidori*: meliora *M et „quidam MSS." Scriverii.* placent *TM et Isidorus*: licet *reliqui.*

XXV. Nuces piniae *X*. 1. Cybelae *dedi*: Cybele *XABC bwz*: Chibele *G*: Cibale *s*: Cybeles *reliqui cum Servio Fuldens. in Virgil. Aen. II*, 16., *qui haec*: „*Pina in tutela quidem est matris deum, sed et fraudum et insidiarum, quia eius poma cadentia per fraudem interimunt. Unde* Martialis: Poma — caput." hic *XAB* descede *X*: discedere *B*: absiste *Servius et* 𝔓 (? *in P suprascr. ab altera manu.*) viator] viam *XAB. Volueruntne* viai?

XXVI. Sorva *XAB*: Sorbe *bh* 1. Sorva *ABG* ditantia *XC*: dicantia *ABG*: tendentia *M et Vossianus Burmanni in Ovid. Metam. X*, 506. ventre *G*: ventri *XABCbh* 2. dabit *XC*: dabo *h*: damus 𝔓 (? *non P.*)

### XXVII. *Palathium caryotarum*

Aurea porrigitur Iani caryota Kalendis;
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

### XXVIII. *Vas cottanorum.*

Haec tibi quae torta venerunt condita meta,
Si maiora forent cottana, ficus erant.

### XXIX. *Vas Damascenorum.*

Pruna peregrinae carie rugosa senectae
Sume: solent duri solvere ventris onus.

### XXX. *Caseus Lunensis.*

Caseus Etruscae signatus imagine Lunae
Praestabit pueris prandia mille tuis.

---

XXVII. *Spathalion caryotarum.* XXVIII. *Vas coctanorum.* 2. coctana,

---

XXVII. * Palathion caryotarum *Salmasius:* Petalion (Petalium *XABC*) cariotarum *XABCλμx:* Petacium cariotarum *h:* Petavinum cyriotarum *T:* Cariote *b:* Cariota *Oz:* Spathalion caryotarum *a* 1. lani *T* careota *TPhs* 2. hanc munus pauper et *Heinsius.*

XXVIII. * Vas cottanorum *scripsi*: Vas coctanorum *Mλ et* „*membranae*" *Scriverii*: Vas cottanarum *XABb*: Vas cotanorum *T*: Vas coctonorum *h*: Coctana *reliqui.* 1. Haec tyberiae tosta *X*: Haec thiberie torta *G*: Torta haec tiberiae *AB* torta] cocta 𝔓 condita] cottana *b:* coctana *P*: coctona *s et pr.h* meta *T et* „*optimus scriptus et Cuiacianus*" *Scriverii*: mensa *XACGhpsw*: mense *b*: mente *z*: menta *reliqui.* 2. cottana *XB*: coctana, coctona, cortona *reliqui.* erant 𝔓, *Scriverii* „*optimus et Cuiacianus*": erit *Tp et corr.h*: erat *reliqui.*

XXIX. * Vas Damascenorum *TMλ et* „*meliores libri*" *Scriverii*: Vas Damascenarum *XAB*: Vas Damascenum *C*: Damascenae *h*: Pruna *Obz*: Pruna Damascena *reliqui.* 1. Prona *XABC*: Poma *G* garie *G*: garriae *XAB* 2. Summe *O*: Si me *P* solet *z*: solemne *b* honus *Tb*

XXX. Caseus Lunesis *X*; Caseus lune *bh.* 2. puero *XBG* prandia] praetidia *G* melle *XG*: multa *hp*𝔅

### XXXI. *Caseus Vestinus.*

Si sine carne voles ientacula sumere frugi,
Haec tibi Vestino de grege massa venit.

### XXXII. *Caseus fumosus.*

Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

### XXXIII. *Casei Trebulani.*

Trebula nos genuit; commendat gratia duplex,
Sive levi flamma, sive domamur aqua.

### XXXIV. *Bulbi.*

Cum sit anus coniux et sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.

### XXXV. *Lucanica.*

Filia Picenae venio Lucanica porcae:
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

---

XXXI, 1. iantacula    XXXII. *Caseus Velabrensis.*
XXXV. *Lucanicae.*

---

XXXI. * Caseus Lunensis *T*: Caseus (Testinus *O*) Testinis *XO*: Pro ientaculo caseus Vestinus 𝔅.    1. volet *XBG*   lentacula *TG*: lenta cui *P*: lenticula *Bbhsw*: lenticuli *XC*   summere *O*: fumere *AG*   frugis *XABCG*: gemales (geniales 𝔅) sumere fruges p𝔅    2. missa *T*   veni *sw*

XXXII. * Caseus fumosus *TXABCbhλ*: Caseus formosus „*quidam scriptus*" *Scriverii*: Caseus Velabrensis (Belabrensis *O*, Belabruensis *z*) *reliqui*.    1. quaecunque *bh*   nec] ne *B*    2. Belabrensem *XABCP*: Belabriensem *bsw*: Belebrensem *G*   qui] cum *hp*   ille *TMOsw*𝔓 *et margo Gryphii*: ipse *reliqui*.

XXXIII. * Casei Tribulani *T*: Casei Treblani *XABC*: Trebula *b*.    1. Tribula *T*: Trebla *XABCG*    2. leve *T*   donamur *Th*

XXXIV. * 1. sis *a*    2. bulbos *Heinsius*.

XXXV. Lucanicae *Ohλμκα*.    1. Fila *P*: Vilia *p*   Picenae] peane *G*: paenae *A*: pene *B*   Lucania *ACG*    2. Pulteas *s*: Pluribus *p*   hinc] in *pr.B*   datur] cibatur *AB*: cibat *XCG*𝔛𝔅: iuvat *Heinsius*.

### XXXVI. *Cistella olivarum.*

Haec, quae Picenis venit subducta trapetis,
Inchoat atque eadem finit oliva dapes.

### XXXVII. *Mala citrea.*

Aut Corcyraei sunt haec de frondibus horti,
Aut haec Massyli poma draconis erant.

### XXXVIII. *Colostrum.*

Surripuit pastor quae nondum stantibus haedis,
De primo matrum lacte colostra damus.

### XXXIX. *Haedus.*

Lascivum pecus et viridi non utile Baccho
Det poenas; nocuit iam tener ille deo.

### XL. *Ova.*

Candida si croceos circumfluit unda vitellos,
Hesperius scombri temperet ova liquor.

---

XXXIX. *Hoedi.*

---

XXXVI. * Cistella (Cistilla *b*) olivarum *TXABCbhλ et libri Scriverii*: Olivae *reliqui.* 1. tapetis *T*

XXXVII. * Mala citria *Tλ.* 1. Coricei *T*: Corcyre *XB*: Corthireti *bw*: cor thyreti *s* orti *P* 2. Massyii *T*: Masilli *P*: Massilii *x* erat *XB*

XXXVIII. * Coloserum *T*: Colustrum *Oh*. [*Om. P.*] 1. Surrupuit *XA* pastor *om. G* qui *T* non (nondum 𝔅) gustantibus 𝔅 *et margo h* edis *h*: aebris *bsw* 2. colustra *TXGh* clamus *G*: damas *b*

XXXIX. * Haedus *Tλ*: Haedos *X*: Edus *b*: Edi *h*: Hoedi *vulgo.* 1. petas *T* viride *B* non inutile *G* 2. Deponas *T*: Dat poenas *Owμκα*: Det poenas *cum reliquis* 𝔓. iam tener] sed tamen *T*

XL. * Ovva *T.* 1. si] sed *hp* sic roseos *P* croceas *pr.B* circumfluxit *hp* nuda *μκ* vitellus *A et pr.G*: vitello *s* 2. scambri *T*

## XLI. *Porcellus.*

Lacte mero pastum pigrae mihi matris alumnum
Ponat, et Aetolo de sue dives edat.

## XLII. *Apyrina et tuberes.*

Non tibi de Libycis tuberes et apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

## XLIII. *Idem.*

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis
Et vernae tuberes. Quid tibi cum Libycis?

## XLIV. *Sumen.*

Esse putes nondum sumen; sic ubere largo
Et fluit et vivo lacte papilla tumet.

## XLV. *Pulli gallinacei.*

Si Libycae nobis volucres et Phasides essent,
Acciperes, tu nunc accipe chortis aves.

---

XLI. *Porcellus lactens.* XLIV, 1. potes nudum 2. Effluit XLV, 2. at nunc accipe cortis

---

XLI. * Porcellus *T*: Porcellus lacteus (lactans *B*: lactens *XG*) *reliqui.* 1. pinguae *b* matris] pastus *b* alumnus *Pbw*: alumna (alumpna *G*) *XABCGh* 2. Ponet Aetolo *B* Avetolo *T*: Etholeo *bsw*: Etholio *hz*𝔅: Ethole *G*

XLII. * Apyrina (Apirina *T*) et tubures *TXABCM*, *codex Scriverii* (*et Cuiacianus*): Tubures (Tuberes *z*) et Apyrina *zλ*: Poma Arpinia et Tiburtina *h.* 1. Lybycis *T*: Libius *G* tubures *TXABCGM et codex Scriverii* (*et Cuiacianus*): tibures 𝔅: tuberesque apirima *b* Aprina *T*: Arpinia *hp* 2. Numentanis *T*

XLIII. * De eodem *h.* 1. Secta *G*: Lacte *T* Pyrina *P*: Apirima *b*: Arpinia *h* 2. Et lene *P*: Hybernae *z* tubures *XABCM*: tebures *T*: tibures *Gh*

XLIV. 1. potes 𝔄 nudum *Scriverius*: crudum *Heinsius.* 2. Et fluit *T*: Effluet *XABbhpwz*𝔄: Effluit *reliqui.* et *om. XB* vino *XB*: niveo *hp*𝔄𝔅

XLV. * Pulli gallinacii *h*: Pulli gallinaci *T.* 1. et] si *wz* Fassides *b*: Facides *w*: Phasidus *T* 2. Acciperet *AB*: Acciperent *C* tu nunc *T*: at nunc *reliqui.* chortis *XABCb*: choortis *P*: cortis *reliqui.*

### XLVI. *Persica praecocia.*

Vilia maternis fueramus praecoqua ramis:
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

### XLVII. *Panes Picentini.*

Picentina Ceres niveo sic nectare crescit,
Ut levis accepta spongia turget aqua.

### XLVIII. *Boleti.*

Argentum atque aurum facile est laenamque togamque
Mittere, boletos mittere difficile est.

### XLIX. *Ficedula.*

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis,
Cur potius nomen non dedit uva mihi?

### L. *Terrae tubera.*

Rumpimus altricem tenero quae vertice terram
Tubera, boletis poma secunda sumus.

---

XLVI. *Persica Nucipersica.*  1. fueramus Persica

---

XLVI. * Persica praecocia *scripsi:* Persica praecocta *T*: Persica praecoqua *XABChλ*: Praecoqua Persica *O*: Persica *bz*: Persica nux *Iunius:* Persica Nucipersica *reliqui.* 1. Bilia *w*: Vella *T* praecoqua] Persica *Mbz*𝔅𝔓 (*Bongarsianus*). rantis *T* 2. in *om.* *T* tara *G*: cura *z*: rara 𝔅

XLVII. * [*In T etiam post XII*, 96.] 1. Picentena *G*: Picentana *T*² sic *om.* *XAG:* de *B* cescit *XA:* cessit *BG*: sine uectare acescit 𝔄 2. spongea *T*¹*XABG* turgit *b:* tumet *s*

XLVIII. * 1. lernamque *b:* leunamque, *corr.* lennamque, *h.* 2. Boletos mihi difficile est lactis solet hanc m. turga togis *T*, *quae sunt ex XCVIII.*, *quod in codice sequitur.* difficilest *X*: difficele est *G*

XLIX. Ficedulae *XABCbh:* Ficedula *reliqui cum T in lemmate seq. Epigr.* [*Affert Isidorus Origg. XII*, 7, 73.] 1. me] ne *O*

L. * Ficedula *T:* Terrae (Terra *X*) tubera *XABCMbhz* (*Cuiacianus*) *et codex Scriverii*: Tubera *reliqui.* 1. quae *Mhz*𝔓 (*Bongarsianus*): de *reliqui*: dum *Heinsius.* 2. boletus *B*

## LI. *Turdorum decuria.*

Texta rosis fortasse tibi vel divite nardo,
At mihi de turdis facta corona placet.

## LII. *Anates.*

Tota quidem ponatur anas; sed pectore tantum
Et cervice sapit: cetera redde coco.

## LIII. *Turtures.*

Cum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe. Perdere nolo famem.

## LIV. *Perna.*

Cerretana mihi fiat, vel missa licebit
De Menapis: lauti de petasone vorent.

## LV. *Petaso.*

Musteus est: propera, caros nec differ amicos.
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

---

LII. *Anas.* LIII. *Turtur.* 1. Dum LIV, 1. Caeretana

---

LI. * [*LI—LIII et LV. LIV. LVI—LIX. in P conflata.*] Turdorum (Turborum *X*, Turorum *T*) decuria *TXABCMh* (*Cuiacianus*): Turdorum decuria sive corona *Arondellianus*: Corona turdorum *λ*: Turdorum (Tordorum *O*) corona (corna *z*) *reliqui.* 1. Testa *h* 2. Ad *T*

LII. * Anans *T*: Anates *XABCbhλ*: Anas *vulgo.* 1. ponetur *T* anans *T* pectora *XBC* 2. sapis *s* coquo *Cbhz*

LIII. * Anates *T*: Turtures *XABCbhzλ*: Turtur *reliqui.* 1. Cum *TXABCGOλ*: Dum *reliqui.* Dum mihi turtur pinguis *P*: Et cum turtur erit pinguis *h* turdus *z* turturent lactuca *T* valebit *XBCbhpswμxα* 2. cocleas *PTXb*: conchas *h* prodere 𝔅

LIV. * 1. Cerretana *Brodaeus*: Cerret una *T*: Caeretana *reliqui.* fiat *TXABGPbpswz*: fiet *reliqui.* misa *T*: masa *b*: massa *Ohswμxα*: missa *cum reliquis* 𝔓 *et Scriverii* „*Excerpta variarum lectionum.*" valebit *G* flavis vel missa placebit *Heinsius.* 2. lanti *μx*: lauta *XCbsw* vorant *P*

LV. * De petasone *B.* 1. Mustus *T*: Tustus *p* est] esse *G* propera] prope *XABG*: prope iam *C*: propere *p* disper *T* 2. petulo *s* petasane *G*: petasono *T*

## LVI. *Vulva.*

Te fortasse magis capiat de virgine porca;
Me materna gravi de sue vulva capit.

## LVII. *Colocasia.*

Niliacum ridebis olus lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.

## LVIII. *Iecur anserinum.*

Aspice, quam tumeat magno iecur ansere maius!
Miratus dices: „Hoc, rogo, crevit ubi?“

## LIX. *Glires.*

Tota mihi dormitur hiems et pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somus alit.

## LX. *Cuniculi.*

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.
Monstravit tacitas hostibus ille vias.

---

LVIII. *Iecur anseris.* LX. *Cuniculus.*

---

LVI. * Volva *XABCGh: Idem iidem v.* 2. 1. Me *p* capiet *Oμxa:* capiat *cum reliquis* 𝔄𝔓. virgina *z* porca *om. B* 2. me *om. G* gravis *C:* gravida *G:* magis 𝔅: Me mater gravida *Heinsius.*

LVII. Colocassia *b:* Colossia *z* 1. Ciliacum *p* holus *XB* 2. filaque *G* manuque trahes *a et corr.x*: manuque trahe *μ et pr.x:* manuque trahet (trahat *X*, trahit *Cbswz*) *XABCGbhpswz:* manusque trahet *OP*

LVIII. Iecur anserinum *XABCzλ*: Iecur anserum *bh:* Iecur anseris *reliqui.* 1. maius] matri *sw*: mitri *b* 2. Hic *X*

LIX. Glis *O.* 1. hiems *om. X*

LX. * Cuniculi *TXABCbhλ:* Cuniculus *reliqui.* [*Apponit D.*] 1. in offensis *T*: in ephossis *b* cuniculis *X* 2. Monstrabit 𝔓

## LXI. *Attagenae.*

Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

## LXII. *Gallinae altiles.*

Pascitur et dulci facilis gallina farina,
Pascitur et tenebris. Ingeniosa gula est.

## LXIII. *Capones.*

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes. Nunc mihi Gallus erit.

## LXIV. *Idem.*

Succumbit sterili frustra gallina marito.
Hanc matris Cybeles esse decebat avem.

## LXV. *Perdices.*

Ponitur Ausoniis avis haec rarissima mensis:
Hanc in lautorum mandere saepe soles.

---

LXII. *Gallina altilis.* LXIII. *Capo.* LXV. *Perdix.*
1. avis haec] perdix 2. Hanc in piscina

---

LXI. * Attaganae *X:* Attagonae *A*: Atagenae *Oμκα.* 1. altium *T* Inter saporas alites *Heinsius.* 2. locarum *s* custus *P:* iustus *s*: castas *b* artagenarum *p*

LXII. Gallinae altiles *XABCbhzλ*: Gallina altilis *reliqui.* [*In b bis extat et h. l. et post LXIII. Altero loco est*: Pascitur in tenebris purgataque viscera mirto Pinguia complentur. ingeniosa gula est. *Ultima apponit D*: Nes est ingeniosa gula.] 2. et] in *sw*

LXIII. * [*Bis in T, et h. l. et post XII*, 96.] Capones *T*¹ *XABChφλ*: Cato *T*²: De caponibus *b*: Capo *reliqui.* 1. exausto *Tb*: exaucto *B* marcesceret *Gh* 2. Dimisit *sw*

LXIV. 1. sterilis *XBGsw* 2. Hunc *M* dicebat *swμκ*: ticebat *CD*

LXV. Perdices *XABCbhzφλ*: Perdix *reliqui.* 1. Ausonius *μ* avis haec] aut haec *XA*: aur hec *B*: perdix *𝔓* karissima *M*: carissima *z*: marissima *B* 2. Hanc] Lance *Heinsius*: Haud *Roius.* madere *AB*: condere *z𝔓*: mandare *α* Hanc in piscina ludere *Bongarsianus. Ex M notatur*: „*al.* pistina, piscina ludere."

### LXVI. *Columbae.*

Ne violes teneras periuro dente columbas,
Tradita si Gnidiae sunt tibi sacra Deae.

### LXVII. *Palumbi.*

Inguina torquati tardant hebetantque palumbi.
Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax.

### LXVIII. *Galbuli.*

Galbina decipitur calamis et retibus ales,
Turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

### LXIX. *Cattae.*

Pannonicas nobis nunquam dedit Umbria cattas:
Mavult haec domino mittere dona Pudens.

### LXX. *Pavones.*

Miraris, quotiens gemmantes explicat alas,
Et potes hunc saevo tradere, dure, coco?

---

LXVI. *Columbilli.* 2. Cnidiae LXVII. *Palumbi torquati.* LXVIII. *Galbulae.* LXX. *Pavo.*

---

LXVI. * Columbi *h*: Columbini *α*. 1. Nec *XBGφ*: Me *O* periuro *Mz𝔓* („*liber calamo exaratus quem contulit Bongarsius*" *Gruterus*): perduro *XABGbsw*: pre duro *Oμ*: praeduro *Chφa*: pro duro *κ* 2. si Gnidiae *ABα*: si Gnydiae *φ*: signidee *XG*: sic Gnidiae *μκ*: signiticae *w*: si nitidae *P*: sic (sit *s*) nitidae *Obhsz*: si Cnidiae *vulgo*. sint *h* ibi *XABG* sacra] digna *h*

LXVII. Palumbi *XABCbhzφλ*: Palumbus torquatus *reliqui*. 1. tradant *Azφ* ebetanque *B*: habeantque *bzφ*: abeantque *s* 2. Non amet *z* sagax *P*: palax *M*

LXVIII. * Galbuli *TXABCGbh*: Galbula *reliqui*. 1. Galbina *T𝔓*: Galpina *M* (*Bongarsianus*): Galbulo *B*: Galbula *reliqui*. 2. rubis *Pb et corr. h* ova *XABC*

LXIX. Catta *O*. 1. Pannonias *Gryphianae*: Annonicas *G* unquam *P* umbra *b* gattas *h*: catas *b*: cartas *s*: *om. P* 2. dominae *Obwμ𝔓*, *Gruteri tertius*, *Arondellianus et* „*mendosi codices*" *Domitii.*

LXX. Pavones *XABCzφ*: Pavo *reliqui*. [*Affert Isidorus Origg. XII*, 7, 48.] 1. gemmatas *wzφλ*: gemmata *b*: geminatas *s* 2. Si potes *Isidorus*. trudere *φ* duce *XA*: dura *Isidori codex Gu.* 1.: iure *Isidori vulgata*: dulce *BC*: clune *hp𝔅* coquo *bhpzw*

## LXXI. *Phoenicopteri.*

Dat mihi pinna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit. Quid si garrula lingua foret?

## LXXII. *Phasiani.*

Argoa primum sum transportata carina:
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

## LXXIII. *Numidicae.*

Ansere Romano quamvis satur Hannibal esset,
Ipse suas nunquam barbarus edit aves.

## LXXIV. *Anseres.*

Haec servavit avis Tarpei templa tonantis.
Miraris? Nondum fecerat illa deus.

---

LXXI. *Phoenicopterus.* 1. penna. LXXII. *Phasianus.* 1. Argiva LXXIV. *Anser.* 1. Tarpeii

---

LXXI. * Phoenicopteri *XABChz*: Piori cottori *T*: Phoenicopterus *reliqui.* 1. pinna *TXABCP*: prima *G*: penna *reliqui.* 2. Quod si (sit *T*) *TXABCG* linga *T*: nostra *C* forent *XABCG*: ferit *b*

LXXII. * Phasiani *XABzφ*: Pasianus *T*: Phasianus *reliqui.* [*In φ LXXII. LXXI. Affert Isidorus XII*, 7, 49.] 1. Argoa *XABCGhpλ*: Ergoa *T*: Argiva *cum reliquis P et Isidorus.* primo *libri plures Isidori.* sunt *codex Gu.* 1. *Isidori.* 2. erit *ABC* *Post hoc Epigr. vel, ut zφ, ante libri Obhswzφ, Arondellianus, Florentinus et Leidensis* (*z* ?) *Gronovii Observatt. p.* 225. *addunt hoc:* Phasiani duo *s et Arondellianus*: Phasiani *hzφ*: Duo fasiani *b*: Idem *O.*

Quas Argoa prius transvexit Phase carina,
Oris aves sapidi femina virque sumus.

1. Has *h*: Quos *s* Argiva *φ et Leidensis.* primum *h* fase *sw*: faxe *b* 2. virque *zφ et Arondellianus*: masque *reliqui cum Florentino.* *Superaddunt bswzφ alterum hoc:* Gariophilus *φ*: Ganophilus *z*: Condita esca iocus *s*

In saphiro et pateris piper et gariophilus escam
Condiat atque crocus: sint tibi metra iocus.

1. et pateris *φ*: et poteris *z*: potens *reliqui.* gariophilus *zφ*: gariofolus *sw*: gariofalus *b* escam *om. z* 2. cocrus *pr. z* sint *bzφ*: sunt *reliqui.* tibi *zφ*: ibi *reliqui.* *Margo s*: „Non sunt Marcialis."

LXXIII. Numedicae *X.* 1. quamvis] quam *h* Hanibal *O*: Annibal *P* 2. sua *XAB*

LXXIV. * Anseres *XABCbzλ*: Anser *reliqui.* 1. aves *XB* Tarpei *XABGPbhφ*: Tarpeia *T*: Tarpeii *reliqui.* 2. ille *T* deos *TPbw*

## LXXV. *Grues.*

Turbabis versus nec littera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

## LXXVI. *Rusticulae.*

Rustica sim an perdix, quid refert, si sapor idem est?
Carior est perdix. Sic sapit illa magis.

## LXXVII. *Cygni.*

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

## LXXVIII. *Porphyriones.*

Nomen habet magni volucris tam parva gigantis?
Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

## LXXIX. *Mulli vivi.*

Spirat in advecto, sed iam piger, aequore mullus.
Languescit. Vivum da mare: fortis erit.

---

LXXVI. *Rusticula.* LXXVII. *Cycnus.* 2. cycnus LXXIX. *Mullus.*

---

LXXV. * Crues *T.* 1. Turbabi ut versus *T:* Turbabit *h* non *φ* littora *μκ* volavit *XABP:* valebit *G:* sonabit *hp*𝔅

LXXVI. * Rusticulae *TXABCbhλ:* Perdix *zφ:* Rusticula *reliqui.* 1. sim an] simansi *T*: si maneat *P*: sum *GObhswzφμκa*: sim an *cum reliquis Excerpta Scriverii et Bongarsianus* (*M*). perdis *B* quid] qui *T* est *om. XABCGhz:* refert esse sapor idem (*om.* est) *φ* Rusticula an perdix quid refert *p*𝔅 *et Oxoniensis.* 2. est] at *Heinsius.* si *μκ*𝔅: nec 𝔄

LXXVII. * Cygni *TABCλ:* Cigni *b:* Cycni *X:* Cygnus *vel* Cicnus *reliqui.* [*Apponit D.*] 1. defacta *T*: deficiens 𝔓*:* defoeta 𝔅 modulator *z:* moderatur *G* 2. cantor *T*: cantatur *XB*

LXXVIII. * Porphyrionis *T.* 1. magnae *h*𝔅 volucreis *P:* volucres *T* gigantis *Pzφμκa et margo pw*: giganti *O: om. T:* cicadis *XABCGbsw:* cicada *hp*𝔅 2. parsine *T* purpurionis *XABCG*𝔄 Prasinus purpureonis *Lipsius.*

LXXIX. * Mulli (Muli *λ*) vivi *TXABCλ*, *Arondellianus et Scriveriani*: Mulli *zφ:* Pisces „*alii*" *Scriverii*: Mullus vivus 𝔇*:* Mullus *reliqui.* 1. in avecto *z*𝔓*:* in aucto *b*: in advectos et iam (tam 𝔄) *XB*𝔄*:* in aducto *w:* in Adriaco *hp*𝔅 aequorum *X* nullus *XG* 2. Languenti *Heinsius.* vinum *G:* „*non nimium abit a tali scriptura* 𝔓" *Gruterus; sed P* vivum: vivo *M* de mare *φ:* clamore *B*

## LXXX. *Muraenae.*

Quae natat in Siculo grandis muraena profundo,
Non valet exustam mergere sole cutem.

## LXXXI. *Rhombi.*

Quamvis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior est tamen patella.

## LXXXII. *Ostrea.*

Ebria Baiano modo veni concha Lucrino.
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

## LXXXIII. *Squillae.*

Caeruleus nos Liris amat, quem silva Maricae
Protegit: hinc squillae maxima turba sumus.

## LXXXIV. *Scarus.*

Hic scarus, aequoreis qui venit adesus ab undis,
Visceribus bonus est, cetera vile sapit.

---

LXXX. *Muraena.* LXXXI. *Rhombus.* LXXXII, 1. veni modo LXXXIII. *Scyllae.* 2. scyllae LXXXIV, 1. obesus

---

LXXX. * Muraenae *TXABCbzφλ:* Muraena *reliqui.* 1. Siculos *T* merena *BM* 2. exutam *φ* cutim *G*

LXXXI. * Rhombi *TXABCbφλ*: Rhombus *reliqui.* 1. cerat *T*: regat *P* rumbum *φ* 2. Rumbus *φ* tamen latior *s*

LXXXII. * 1. modo veni *T*: venit modo *bhsw:* veni modo *reliqui.* cancha *B* Lucrina 𝔓 (? *non P*). 2. sito *XA:* situs *B* carum *T*

LXXXIII. * Squillae *T et Gryphianae*: Sillae *bα*: Scyllae *vel* Scillae *reliqui.* 1. Ceruleis *bw* Lyris *Pw:* Libis *G:* Libris *XABCp:* Tybris *h*𝔅 quem *XBCpw* matrice *μκ:* Mariscae *B:* Marice *α* 2. hic *GPφ:* hunc *XABCbw* scyllae *AOhzφ*𝔓𝔅 (scillae *P*) *et Gruteri tertius*: scillae *Gμκ:* sillae *bswα:* silvae *B* huic silvae *Heinsius.*

LXXXIV. * Scarpus *T:* Scaurus *h*: Scarrus *b.* 1. aequorei *XB* pervenit *w* adesus *ABbz*𝔓: adhesus *TG*: abesus *XCsw*: obesus *Ohφμκα* 2. cetera] et tera *XG* viles ait *T*: bile sapit *XABCGh*𝔅

### LXXXV. *Coracinus.*

Princeps Niliaci raperis, Coracine, macelli.
Pellaeae prior est gloria nulla gulae.

### LXXXVI. *Echini.*

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposita mollis echinus erit.

### LXXXVII. *Murices.*

Sanguine de nostro tinctas, ingrate, lacernas
Induis, et non est hoc satis, esca sumus.

### LXXXVIII. *Gobii.*

In Venetis sint lauta licet convivia terris,
Principium cenae gobius esse solet.

### LXXXIX. *Lupus.*

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi,
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

---

LXXXVI. *Echinus.* 2. deposito LXXXVIII. *Gobius.*

---

LXXXV. * Scoracinus *A.* 1. Niliacis — macellis *bhzφμκα*: Niliaci — macelli *cum reliquis* 𝔄𝔓. Choracine *BC* 2. Pellae *vel* Pelle *XABCPbhμ et pr.κ*: Pelle tibi *zφ* es 𝔄𝔅 gyllae *T*

LXXXVI. * Echini *XABC*: Ecini *T*: Echinnus *bhzφλ*: Echinus *reliqui.* 1. pingat *X*: pungit *T* 2. deposita *T*, *vid. Heinsius in Ovid. Metam. IV*, 375.: deposito *reliqui.* echinnus *bhz*: ethinus *T*

LXXXVII. * Muricaes *T* 1. Sanguine bis nostro *Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 107.

LXXXVIII. * [*Bis habet T, et h. l. et post XII*, 96.] Gobii *AB bzφλ*: Gabii *X*: Gubi $T^1$: Gobius $T^2$ *et reliqui.* 1. In Venetis *Tλμκα*: In ventis *AGOPswzφ*: Inventi *XBCb*: In variis *h*𝔅 sunt *φ* lautas $T^1$: pauca *bwzφ*𝔓 (? *non P.*) conviva *G* 2. gene gubius $T^1$: caenae esse solet $T^2$

LXXXIX. * [*Rursus bis in T.*] 1. laneus *X*: Ganeus *p*: Launius $T^2$: Lineus *swz*: ( )Ineus *φ*: Daunius *Heinsius.* Euganeis *XABCb et pr.h*: Euganius $T^2$: Euganae $T^1$ Timani *P*

## XC. *Aurata.*

Non omnis laudes pretiumque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

## XCI. *Acipensis.*

Ad Palatinas acipensem mittite mensas.
Ambrosias ornent munera rara dapes.

## XCII. *Lepores.*

Inter aves turdus, si quid me iudice certum est,
Inter quadrupedes mattea prima lepus.

## XCIII. *Aper.*

Qui Diomediis metuendus setiger agris
Aetola cecidit cuspide, talis erat.

## XCIV. *Dammae.*

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum:
Imbelles dammae quid, nisi praeda, sumus?

---

XC, 1. laudem  XCII. *Lepus.*  2. mactea  XCIII, 1. Diomedaeis  XCIV. 2. *Damae.*  1. timentur apri: defendunt cornua tauros:

---

XC. * 1. omnes *Th*  laudes *Tswz*: laudet *XABCG*: laudem *reliqui*: laudi est *Heinsius.*  meremur *pr.h*  2. cui] cum *h*

XCI. * Accipiensis *XABC*: Accipensis *h*: Accipenses *λ*: Agilpenses *T*: Acipenser *z*: Accipenser *Obφ*.  1. At *X*  acidpensem *T*: accipensem *hφ*: accipiensem *XABCGM*: accipiens emittite *P*: accipenser *O*: accipensere *bsw*: acipensera *μ et pr.κ*  mittere *O*  2. Ambroseas hornent *T*  onera *h*  cara garum *P*, *ex CII*, 2.  depes *T*

XCII. * Lepores *TXABCb*: Turdus et lepus (lupus *h*) *hzφ*: Lepus *vulgo.*  1. turdos *P*  si quid (quis *P*) — certum est *TXABCGPhp𝔄 et Bongarsianus*: si quid — certet *bφ*: si quis — certet *reliqui.*  2. quadripedes (quadripedem *B*) *TAB*  mattea 𝔓 *et Bongarsianus* („*al.* mattea" *M*): mutea *T*: mattia *A*: quadripem (quadripedem *B*) attia *XB*: actia *G*: athica 𝔄: bestia *hp*𝔅 *et bodleianus*: gloria *CObwzφμκα*

XCIII. * 1. Diomediis *T*: Diomedis *b*: Diomedes *P*: Diomedeis *reliqui.*  arvis *h*  2. Aeola *A*: Aetolia *s*: Etholia *bw*

XCIV. * Dammae *TXABhλ*: Damae *reliqui.* *Sic et vers.* 2. [*Affert Isidorus XII*, 1, 22. *et D.*]  1. timentur (dimentur *G*) apri *Gh*: tuetur aper *Isidori editio Gothofredi*: timetur (timentur *P*) aper *cum reliquis D et Isidorus.*  cervi *ABG*: cervum *reliqui cum Isidoro.*

## XCV. *Oryx.*

Matutinarum non ultima praeda ferarum
Saevus oryx, constat quot mihi morte canum?

## XCVI. *Cervus.*

Hic erat ille tuo domitus, Cyparisse, capistro?
An magis iste tuus, Silvia, cervus erat?

## XCVII. *Lalisio.*

Dum tener est onager solaque lalisio matre
Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

## XCVIII. *Dorcas.*

Delicium parvo donabis dorcada nato:
Iactatis solet hanc mittere turba togis.

## XCIX. *Caprea.*

Pendentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres; despicit illa canes.

---

XCVII, 1. Cum *CI post XCVII.* XCIX, 2. decipit

---

XCV. * Eryx *XABCOhzφμϰ.* 2. Saevos *A* oryx *Tbswa et corr.ϰ*: oris *P*: eryx *vel* erix *reliqui.* quot *ora Bongarsiani* (quöt (i above) *M*): quid *s*: quod *reliqui cum* 𝔄𝔓 *et palatino altero tertioque Gruteri.* mihi] nisi *G* canes *T*

XCVI. Cervos *XAB.* 1. Sic *C* dominus *μϰ* tuo — capistrus *XAB:* tuis — capistris (capistro *C*, capistros *b*) *CObswzφμϰa* Cipbariste *b* 2. Selvia certus *T* servus *μ*

XCVII. * Onager et lalisio *zφ.* [*In P XCII. XCVII. CII.*] 1. Dum *TABGbswϰ:* ( )Vm *φ*: Cum *reliqui.* teneris tonacer *T* lalissio *P* mater *Xhp* 2. hic *T* sed] hoc *bhs*: haec *w* brebe *A*

XCVIII. * Dorcae X. [*In O sequitur CI. Plerique XCIX. ante XCVIII.*] 1. Delictum *T*: Dulichium *p*𝔅 donavis *T:* donabit *Xbhswzφ* dorca nato *T*: dorca donato *ABbhsw* 2. [*Post XLVIII. in T extat.*] Lactis solet hanc m. turga togis *T* rogis *pr.h*

XCIX. * Capria *T:* Capreae *bλ.* 1. Pendentem ut *Heinsius.* caprea *X* 2. speret *X* despicit *TOsw*𝔓: decipit *reliqui.*

## C. *Onager.*

Pulcher adest onager: mitti venatio debet
Dentis Erythraei: iam removete sinus.

## CI. *Oleum Venafranum.*

Hoc tibi Campani sudavit baca Venafri
Unguentum: quotiens sumis, et istud olet.

## CII. *Garum sociorum.*

Expirantis adhuc scombri de sanguine primo
Accipe fastosum, munera cara, garum.

## CIII. *Amphora muriae.*

Antipolitani, fateor, sum filia thynni:
Essem si scombri, non tibi missa forem.

## CIV. *Mel Atticum.*

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
Pallados a silvis nobile nectar apis.

---

CI, 1. bacca

---

C. * [*In T post XLVIII.*] 1. venatia *T* 2. Gentis *G* erychthrei *φ*: irythrei *T* removet simus *T*

CI. * [*Bis extat in T, et h. l. et post XII*, 96.] Oleum Venefranum *λ*: Oleum Venefrenum $T^1$: Oleum Benafrum *XABC*: Oleum Venafrum *Oμx*: Oleum Venafrium *b*: Oleum de Venafro *h*. 1. Capani *A* sudabit *OPbsw* baca *φ*: bacha *P*: baccha *b*: vaca $T^1$*AG*: vacca *B*: bacca *reliqui*. Benafri *XABCG*: Venefri $T^2$ 2. summis $T^2$: quotiens et sumus istud solet $T^1$: sumus *wμ et pr. x* oles *G*

CII. * Carum sociorum *T*: Garum sociarum *A*: Garum scombriorum *b*: Garum scombrorum *Gryphianae*: Garum *O*: Garum Sosiorum *Heinsius*. 1. scorri *P*: sambri *T* de *om. T* prono 𝔅 2. fastorum *bswμx*: fatorum *B*: fasciosum *P*: foecosum „*codex antiquus*" *Domitii et α*: fastosum *cum reliquis* 𝔅. munere *G* caragarum *P*: curucarum *T*

CIII. * Amphora muriae (murrae *h*) *Xbhφλ Arondellianus, Cuiacianus et Scriveriani*: Amphora murte *T*: Muriae amphora *ABCz*: Amphora Tinni *O*: Muria *μxα*. 1. Antepolitani *z* tunni *T*: turni *b* 2. Esse *P*: Et mensi *T*

CIV. * Melitticum *T*: Mel Hymetticum *h*. 1. Theseae *M* Hymeti *XBOPhλ*: Himetei *TM* 2. Palladios *T* a] et *sw* solvis *w*

### CV. *Favi Siculi.*

Cum dederis Siculos mediae de collibus Hyblae,
Cecropios dicas tu licet esse favos.

### CVI. *Passum.*

Gnosia Minoae genuit vindemia Cretae
Hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet.

### CVII. *Picatum.*

Haec de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites, misit Romulus ipse mihi.

### CVIII. *Mulsum.*

Attica nectareum turbatis mella Falernum.
Misceri decet hoc a Ganymede merum.

### CIX. *Albanum.*

Hoc de Caesareis mitis vindemia cellis
Misit, Iuleo quae sibi monte placet.

### CX. *Surrentinum.*

Surrentina bibis? nec murrina picta, nec aurum
Sume: dabunt calices haec tibi vina suos.

---

CV, 1. mediis CVI, 1. Cnossia CVII. *Picatum vinum.*

---

CV. * Favisculi *T*: Fani siculi *O*: Favum Hybleum *h*. 1. dederit *bswφ* figulos *T*: Siculis *XABCGbhpsw*𝔄𝔅 mediae *TCPh*𝔄: media *XABGp*: mediis *reliqui*. Cum comedes *vel* mandes *vel* Ederis ut — te licet esse *Heinsius*. 2. Cecropias *XABCbsw* faos *A*: facis *B*

CVI. * 1. Gnosia *TXABCGbhzλμκα*: ()nosia *φ*: Gnosiae *P*: Gnossia *O* Minoee *Ow* 2. solent *P*

CVII. * Picatum vinum *Oφμκα*: Picatum *cum reliquis λ*. 1. Haec divitifera *G*: Haec fera de viti *B* venisset *AB* piccata *T*: picta *B* 2. Nec *s*

CVIII. * [*Om. Cbs et pr. w.*] 1. nectoreum *P*: nectareum *φ* 2. debet *O*

CIX. * 1. mittis *XBGbhw*𝔅 tellis *G* 2. iuleto *T*: iulae *XBG*: Hybleo *Pbswz* placent *Cbsw*: place *A*

CX. * Surrentinum vinum *zφ*. 1. Murrentina *Gp*: Currentinabilis *s* murrina *TXBG*: murrena *w*: murena *b*: in urina *P*: myrrina *hφ*: myrrhina *vulgo*. 2. Summe *O*

## CXI. *Falernum.*

De Sinuessanis venerunt Massica praelis:
Condita quo quaeris consule? Nullus erat.

## CXII. *Setinum.*

Pendula Pomptinos quae spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab urbe cados.

## CXIII. *Fundanum.*

Haec Fundana tulit felix auctumnus Opimi.
Expressit mustum consul, et ipse bibit.

## CXIV. *Trifolinum.*

Non sum de primo, fateor, trifolina Lyaeo,
Inter vina tamen septima vitis ero.

## CXV. *Caecubum.*

Caecuba Fundanis generosa cocuntur Amyclis,
Vitis et in media nata palude viret.

---

CXV, 1. coquuntur

---

CXI. * Sinuessanum *Heinsius*: Massicum *Schmiederus*. 1. Desinuet sanis *XB*: De Sinuetanis *C*: Desine venanis *T* verierunt *B* Masica *T* 2. Condita coqueris *T*: Conditaque tua quaeris *XAB*: Condita tua quaeris *G* conside *G* ullus *p* erit *P*

CXII. * 1. Pomtinos *T*: Pompino *XA*: Popinos *B*: Pompina *G*: pampineos *Cbzφλ*: Pompilios *h𝔅*: Pontinos *Oμκα*: Pomptinos *cum reliquis* 𝔄𝔓 *et Bongarsianus* (*M.*) spectata *XAB* Setia *om.* *XABG*: vinea *Chw𝔅*: unica *s* 2. chados *XA*: hados *B*

CXIII. * 1. lefix *A* aut iunctus *BG*: autuincitur *X* opima *OPbw et pr.h*: opinia *φ* 2. mustum *TMz𝔓*, *corr.wx*, (*Cuiacianus vel Bongarsianus*) „*alii codices et editio princeps*" *Scriverii*: mulsum *reliqui.* bibet *XABCGOPbwμκ*

CXIV. * Trifolium *XABCb*. 1. de *om.* *T* primae *T* trifolyna *T*: tripholina *b* 2. vitis] lautis *b𝔓*

CXV. * 1. cocuntur *XABP*: coluntur *CMO𝔅*, (*Cuiacianus*) *margo Gryphii et Scaliger*: coquuntur *reliqui.* amydes *T*: amidis *G*: amicis *Pbswφ*

## CXVI. *Signinum.*

Potabis liquidum Signina morantia ventrem.
Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.

## CXVII. *Mamertinum.*

Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta
Si detur, quodvis nomen habere potest.

## CXVIII. *Tarraconense.*

Tarraco, Campano tantum cessura Lyaeo,
Haec genuit Tuscis aemula vina cadis.

## CXIX. *Nomentanum.*

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum:
Si te Quintus amat, commodiora bibes.

## CXX. *Spoletinum.*

De Spoletinis quae sunt cariosa lagonis
Malueris, quam si musta Falerna bibas.

---

CXX, 1. lagenis

---

CXVI. Segninum *h*. 1. Potavis *A*: Portabis *p* Siginna *G*: Segnina *h* marantia *B*: potentia *P* 2. Ne nimium sistant (sistaut *O*), sit tibi parca sitis *Oa et* „*antiquus codex*“ *Domitii*: Ne nimium sis tanti tibi parcha (phara *X*) *XA*: Ne nimium sistas, sit *M*: Ne nimium stanti sit tibi patrarca sitis *C*: Ut nimium sistant haec tibi parta sitim *G*: Ne nimium tanti sis tibi parasitus *B*: Ne nimium tanti sit tibi (*om. p*) parta sitis *hp*: Ne tanti sistant 𝔛: Ne nimium sitias (sinas *P*), sit tibi parca sitis *reliqui cum Gruterianis*: Ne nimium: tanti sit tibi *Heinsius*.

CXVII. * Signium *T*. *Etenim excidit CXVI*. 1. Nestoreo *P* manestina *T* Nestoreae — senectae *Heinsius*.

CXVIII. * Traconense *T*. 1. Tarraca *XCG*: Sarraco *p* Campana *G* solum *h*𝔅 caessura *T* 2. tu scis *O* vina] brena *T*: praela *vel* musta *Heinsius*. cadus *b*: cladis *G*

CXIX. * 1. Nomentaneum tibi *T*: Nomentana malum *Pzφ* baccum *T*: dacum *s* 2. biles *B*: bibas *OPbhswzφμ*: bibes *cum reliquis λ*.

CXX. * De Spolentino *T*. 1. De Spolentinis *G*: De Spolitinis *bs*: Despolentinum *T* qui *T* sint *w* lagonis *XABC*: laconis *TPsbw*: lagenis *reliqui*. 2. Malieris *A*: Malueras *bs* bina fulerna *w*

## CXXI. *Pelignum.*

Marsica Peligni mittunt turbata coloni:
Non tu, libertus sed bibat illa tuus.

## CXXII. *Acetum.*

Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti:
Esset cum vinum, vilior illa fuit.

## CXXIII. *Massilitanum.*

Cum tua centenos expugnet sportula cives,
Fumea Massiliae ponere vina potes.

## CXXIV. *Caeretanum.*

Caeretana Nepos ponat, Setina putabis.
Non ponit turbae, cum tribus illa bibit.

## CXXV. *Tarentinum.*

Nobilis et lanis et felix vitibus Aulon
Det pretiosa tibi vellera, vinan mihi.

## CXXVI. *Unguentum.*

Unguentum heredi nunquam nec vina relinquas.
Ille habeat nummos, haec tibi tota dato.

---

CXXI. * Pelinum *X*: Peligni *h*. 1. Massica *Oμκα*: Tarsica *G*: Marsica *cum reliquis* 𝔛𝔓λ. Pelini *ABCG*: Pilini *X* mittuntur bata *B*: mittunt turpata *C*: metuuntur bata *G*: mittat orbata *T* 2. Non tubertus sed vivat *T* si bibat *B* ille *XABCz*

CXXII. * 1. velis *G* 2. vini *XABCGhzφ*𝔛 vilior] carior *G* ille *b*

CXXIII. * Massalitanum *T*: Massaletanum *b*: Massilianum *Oμκα*. 1. expunget *XAG*

CXXIV. * 1. Cereitana Nepos ponet *P* ne postponat *TX*: Nepos postponat *p* pubis *XAG*: pubes *b*: Setinaque pubis *B* 2. Non potuit *b*𝔓 cum *om. b* cum tibur (tibus *X*) illa bibit *XB*: cum tibi illa bibit *A*: cum bibit illa tibi *G* bibet *Pbωzφμκα et corr.s*

CXXV. * [*CXXV—CXXVII. in T post XII*, 98.] Tarentino *T*. 2. bellera *A*: vellerat *T* sibi *AG* Des pretiosa tibi *Heinsius*.

CXXVI. * 1. heridi *P* nec] vel *hp*𝔅 vita *P* 2. habet et numos haec tota dato *T* dabo *B*

## CXXVII. *Corona rosea.*

Dat festinatas, Caesar, tibi bruma coronas:
Quondam veris erat, nunc tua facta rosa est.

---

CXXVII. * Coronae roseae *XABCbhzφλ*. 2. viris *T* erat *om. T*: erant *μκα*: erit *X*: erat *cum reliquis λ𝔓*.

M. V. MARTIALIS. ZEVIA. EXPLICIT. XIII. INCIPIT. XIV. APOPHORETA *φ*: M̅. VALERI AMARCIAL. XEMIL. INCIPIT. APOPHORETA FELICITER *T*. *In P non est maius spatium, quam inter singula epigrammata, nulla subscriptio, nullus titulus.*

---

## M. VAL. MARTIALIS

# EPIGRAMMATON

## LIBER XIV.

### *Apophoreta.*

### I.

Synthesibus dum gaudet eques dominusque senator
  Dumque decent nostrum pilea sumpta Iovem;
Nec timet aedilem moto spectare fritillo,
  Cum videat gelidos tam prope verna lacus:
Divitis alternas et pauperis accipe sortes:
  Praemia convivae dent sua quisque suo.
„Sunt apinae tricaeque et si quid vilius istis.“
  Quis nescit? vel quis tam manifesta negat?

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.** — I, 1. senatus, 6. det

---

**Apparatus criticus.** — *Collati sunt iidem libri, nec neglecta lemmata in G. Accedunt excerpta codd. Vindobonensium.*

I. * Ad lectorem *T*: *nullum lemma X.* 1. dominatusque *X* senator *TM*: senatus *reliqui.* 2. decet *B* pillea *TXBGOPb* supta *G* solem *M* 3. modo *bs*: noto *h* futillo *bw* 4. vidat *T* tam *TCM*𝔓 (? *non P*) (*et Bongarsianus*): iam *reliqui.* 5. Pauperis *z* aeternas *Psw* 6. dent *T*: set *A*: sed *G*: det *reliqui.* 7. tricepeque *G*: tricheaeque *μx* ullius *P* isti *T* 8. Qui *w* manifesta neget *zφ*: manifestus agat *P*

Sed quid agam potius madidis, Saturne, diebus,
Quos tibi pro caelo filius ipse dedit?
Vis scribam Thebas, Troiamve malasve Mycenas?
Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.

### I, a.

Quo vis cunque loco potes hunc finire libellum.
Versibus explicitum est omne duobus opus.

### II.

Lemmata si quaeris cur sint ascripta, docebo:
Ut, si malueris, lemmata sola legas.

### III. *Pugillares citrei.*

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

### IV. *Quinquiplices.*

Caede iuvencorum domini calet area felix,
Quinquiplici cera cum datur altus honos.

---

IV. *Quincuplices.* 2. Quincuplici auctus honor.

---

11. scribas *C* Troiamve malasve *TM* (malasque *Bongarsianus*): Troiamve malasque 𝔓: Troiamque (Troianique *B*) malaque *XAB*: Troiamque malasque *reliqui.* 12. inquit *bszφ* prodere *h*

I, a. * Ad Lectorem *Scriverius*: *reliqui nullo lemmate interposito cum superiore confundunt.* 1. Quo (Quos *G*) vis (vir *B*) cunque iocos (ioco *Cbh et pr.w*) *XABCGbh et pr.w*: Quiscunque foco putet 𝔅 putes *XABG* unc *T* 2. est *om. h* explicitum si omnibus duobus opus *P*

II. * *Nullum lemma T*: Apophoreta *reliqui.* 1. Lemmatas aequeris *T* 2. lemnata *T*

III. * Pugillares vitrei *XABCb*: Pugillares eburei (eburnei *Vind.* 3.) *T Vind.* 3.: Pugillares *zφ.* 1. Secta nivis in *T*: Lecta nisi queris *p* 2. Ferremur *Heinsius.* opus *Gbhpwzφ et* „*mendosi codices*" *Domitii.*

IV. * Quinquiplices *TXABCGbhzφ*: Quincuplices *reliqui.* 1. cadet *bsw*: caret *TP*: calaetera *X* erea *B* 2. Quinquiplici *TXABCPb*: Quincuplici *reliqui.* condatur *T et pr.h*: dum datur *bswφ et corr.h*: cum calet *G* baltus *AG*: auctus *M* („*membranae*" *Scriverii.*) honos *h*: onos *T*: honor *reliqui.*

### V. *Pugillares eborei.*

Languida ne tristes obscurent lumina cerae,
Nigra tibi niveum littera pingit ebur.

### VI. *Triplices.*

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Cum se venturam scribet amica tibi.

### VII. *Pugillares membranae.*

Esse puta ceras, licet haec membrana vocetur:
Delebis, quotiens scripta novare voles.

### VIII. *Vitelliani.*

Nondum legerit hos licet puella,
Novit quid capiant Vitelliani.

### IX. *Idem.*

Quod minimos cernis, mitti nos credis amicae.
Falleris, et nummos ista tabella rogat.

---

V, 2. pingat  VII. *Pugillares membranei.*  1. putes
VIII, 2. cupiant

---

V. * Pugillares eburei *T*: Pugillares eburnei *Ohzφλα*: Pugillares eburneae *b*: Pugillares eborei *cum reliquis palatinus alter et Gruteri tertius.* 1. triste subscurant *B*: tristes subscurent *G*: tristes uscurent *A*: tristes (oscuret *b*) obscuret *bs et pr.w* caesae *P* 2. tibi nivem *P*: tibi niveam *s*: tibineum *G*: tibi meum *A* pingit *T*: pingat *reliqui.* ebor *A* [*In φ folio amisso desiderantur VI—XXVI.*]

VI. * 1. convilia *X*: nonnulla *T* 2. scribent *T*: scribit *P*: scribat *z*

VII. * Pugillares membranae (membrana *G*) *TACGbz*: Pugillares membran. (*sic*) *XB*: Pugillares membrani *λ*: Membranae *h*: Pugillares membranei *reliqui.* 1. putas *Pbswz*: putes *h𝔄* vocentur *XObs*: putetur *P* 2. Deliberis *T*: Deliveris *M. Fortasse* Deleris. scribta *A* volens *AG*

VIII. * Vitellianii *T*: Vitellianae *XABCGO Vindob.* 3. 1. legeret *T* hoc (hos *G*) dicet *XABCG*: haec licet *p𝔄* 2. quid capiant 𝔅 *et Heinsius Adversariis p.* 54.: quid capiunt *T*: quid cupiam *AG*: quid cupiant *reliqui.* Vitellianii *T*: Vitelliam *G*: Vitellianae *O*

IX. * Idem *TABCGObhz*: Idem de Vitelliane *X*: Iidem *reliqui.* [*In X aliisque est hic ordo*: *XI. XII. XIII. IX. X.*] 1. minimos] nummos *wzα et vindob.* 1. mittit *G* 2. tabella negat *M*

### X. *Chartae maiores.*

Non est, munera quod putes pusilla,
Cum donat vacuas poeta chartas.

### XI. *Chartae epistolares.*

Seu leviter noto, seu caro missa sodali
Omnes ista solet charta vocare suos.

### XII. *Loculi eborei.*

Hos nisi de flava loculos implere moneta
Non licet; argentum vilia ligna ferant.

### XIII. *Loculi lignei.*

Si quid adhuc superest in nostri faece locelli,
Munus erit. Nihil est; ipse locellus erit.

### XIV. *Tali eborei.*

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

### XV. *Tesserae.*

Non sim talorum numero par tessera, dum sit
Maior, quam talis, alea saepe mihi.

---

XII, 2. Non decet; XV. *Tessera.*

---

X. * Chartae malatores *T*: Charta *O*. [*Om. hoc Epigr. B.*] 1. Non est munera (murena *T*) quod putes pusilla *TMP* (*Cuiacianus*) *et „alii scripti“ Scriverii*: Non sunt munera quod (quot *bs*) putas puella *XAGbsw*: Non sunt munera quae putas (petis 𝔄) puella *reliqui cum* 𝔄. 2. Condonat *h* puella *b*

XI. * Charta epistolares *T*: Chartae epistules *G*: Chartae maiores *BC* 1. Neu *h* nato *B* 2. suos — solet *O* vocare] vore *T*

XII. * Loculi eburei *T*: Locui eborei *G*: Loculi eburnei *bhλα*. [*Om. B.*] 1. Nos *X*: Non 𝔅 fulva *α*: flava *cum reliquis Mλ*. 2. licet *Thp*: decet *reliqui.*

XIII. * Locui lignei *G*: Locellus *O*. 1. nostri fictilo caeli *T*: faece libelli *C*

XIV. * Tali eburei *T*: Tali eburnei *bz*. [*XIII*, 2. *et XIV*, 1. *om. h.*] 1. vultus *G* eadem *TXABG*

XV. * Tesserae *XBh*: Thessere *G*: Tessetare *T*: Tessera *reliqui.* 1. Non sum *G Vindob.3.h*: Non sint *bsw*: „*al.* Dum sit“ *w* par tessera dum sit] partes serarum *T* dum sit] puncto *pr.b* 2. talus *bhw*: tallus *s* alia *T*

## XVI. *Turricula.*

Quae scit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit, nil nisi vota feret.

## XVII. *Tabula lusoria.*

Hac mihi bis seno numeratur tessera puncto;
Calculus hac gemino discolor hoste perit.

## XVIII. *Nuces.*

Alea parva nuces et non damnosa videtur;
Saepe tamen pueris abstulit illa nates.

## XIX. *Theca libraria.*

Sortitus thecam calamis armare memento;
Cetera nos dedimus, tu leviora para.

## XX. *Calculi.*

Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles et hostis erit.

---

XVI, 2. vota facit. XVII, 1. Hic 2. hic XVIII, 1. videntur; XIX. *Theca calamaria.*

---

XVI. * Curricula *Xh*: Turricula lusoria *Vindob.* 3. 1. Quae scit *T*𝔓 *et fortasse Vind.* 3.*:* Quae sit *λ:* Quaeris *X*: Quaerit *reliqui.* improbae *T* 2. Superme *X* 2. feret *dedi*: ferret *T*: facit *reliqui:* iacit *Heinsius.*

XVII. * Tabula susoria *G.* 1. Hac *vindob.* 1., *corr. a et* „*MS*" *Gronovii de Pec. Vet. p.* 235: Haec *TXABCGbsw et Gryphianae*: Hic *reliqui.* biseno *T* numeretur *b* tessera] tabula *M* puncto] prima *P* 2. Calcalus *T* hac *Pz et Gronovius:* ac *T*: hic *reliqui.* hosce perit *b*: osse perit *h:* hos fuerit *T*: iste perit *P*

XVIII. * [*In TP XX. XVIII sqq.*] 1. videntur *Gs*𝔓 2. obtulit *T* ista *XABCGOsw:* ille 𝔛 natis *XB*

XIX. * Theca (Thexa X, Texa G) libraria *TXABCbhzλ:* Theca calamaria *reliqui.* 1. theca *A:* theta *G* ornare *Vind.* 3. *et duo Vossiani et unus Leidensis Burmanni Anth. Lat. I, p.* 449.

XX. * Halculi *XG*: Aliculi *h*: Arculi *B*: Calculus *T*. 2. tibi *om. C* Iste tibi geminus miles et hostis erit *margo vindob.* 1.

### XXI. *Graphiarium.*

Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro:
Si puero dones, non leve munus erit.

### XXII. *Dentiscalpium.*

Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes pinna levare potest.

### XXIII. *Auriscalpium.*

Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

### XXIV. *Acus aurea.*

Splendida ne madidi violent bombycina crines,
Figat acus tortas sustineatque comas.

### XXV. *Pectines.*

Quid faciet nullos hic inventura capillos
Multifido buxus quae tibi dente datur?

---

XXII, 2. penna XXIV, 1. Tenvia ne 2. acu sparsas XXV. *Pecten ad calvam.* 2. Mulifido

---

XXI. * Grafiarium *Th.* [*Om. B.*] 1. grafiaria *T* ornata *p et margo h* 2. erunt *Heinsius.*

XXII. * Dentis capipium *G.* 1. Dentis cum *Gbh:* Lentificum *μλ* si *om. Th* cupis *T* 2. Desierit *h*𝔅 dente *XABG:* dentem *CO Vind.*3.*bhsw* pinna *TXABGPz:* penna *reliqui.* potest

XXIII. * Auriscalphium *X:* Auris calpifium *G.* 1. Si tibi] Siti *T* moroso *AG:* murosa *Pbs:* mucosa *h:* vermosa *Vind.* 3.: mucosa *vel* morbosa *Burmannus Anth. Lat. II*, p. 530. progine *T:* purigine *s:* porrigine 𝔅 *et nonnulli codices Burmanni l. c.* aures *TP* 2. tantis] tauris *b* liindinibus (*h. e.* liuidinibus) *T*

XXIV. * 1. Splendidu *TMOswμκ*𝔓 (*Bongarsianus*) *et palatinus alter:* Tenuda *XABCb et pr.G:* Tenuia *z*𝔄𝔅 *et corr. G:* Nuda neve *h:* Taenia *λα* madidis *T*𝔓: madida *XAB:* madidos *CGO Vind.*3.*bhswλα:* madidi *reliqui.* violet *bhsw* bumbycina *T:* bombicinae *X* crinis *T* 2. Fiat *XB:* Figit *b et corr.h* sparsas *z et Gruterus:* spartas 𝔓 *et Arondellianus.*

XXV. * [*In T XXVI. XXVII. XXV.*, *P om.*] Pectines *T:* Pectinis *XABCGb:* Pecten *O Vind.*3.*zλμκ:* Pecten busseus *h:* Pecten ad calvum (calvam „*codices scripti*" *Scriverii*) *α et codices Scriverii.* 1. Qui *p* faciat *h:* facies *corr.G* hinc *XABCGbw* inventure *corr.G:* invenit ira *p*𝔅 2. [*om. G.*] Multo fido *T:* Cultifido *w:* Mussifido *B:* Musifido *A* qui tibi *h* dente *om. T:* lente *bs* datus *T*

## XXVI. *Crines.*

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos;
Captivis poteris cultior esse comis.

## XXVII. *Sapo.*

Si mutare paras longaevos cana capillos,
Accipe Mattiacas — quo tibi calva? — pilas.

## XXVIII. *Umbella.*

Accipe quae nimios vincant umbracula soles,
Sit licet et ventus, te tua vela tegent.

## XXIX. *Causia.*

In Pompeiano tecum spectabo theatro:
† Mandatus populo vela negare solet.

## XXX. *Venabula.*

Excipient apros expectabuntque leones;
Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

---

XXVI. *Sapo.* XXVII. *Mattiacae pilae.* XXIX, 2. Nam ventus populo

---

XXVI. * Crines *XABC Vindob.2.3.hμκ*: Grilges *T*: Sapo *reliqui.* *Scriverius*: „*Sustuli* CRINES, *auctoritate MSS. et meliorum Edd.*" [*Om. G.*] 1. Caustica *Ολμκα*: Castica *BPhsw*: ( )Astica *φ*: Castiga *XAb*: Casta *z*: Catica *Vind.* 3.: Cattica *C et Mediolanensis Beverlandi*: Chaticas *T*: Corrige *p*: Catta ut *Heinsius.* Tectonicos *B*: teutonices *h*: saponicos *b et margo h*: saponificos *z* accedit *XAB*: accendat *M*: accedat — capillis *Heinsius.* spina *C*

XXVII. * Sapo *Tλ*: Saepo *XABCG Vindob.* 3.: Sapon *h*: Crines *bzφ*: Mattiacae (Martiace *O*) pilae *reliqui.* 1. pates *pr.G* canae *T*: *om. BM* 2. [*In T omissus, sed extat post XXV.*] Martiacas *Obsw*: Matiacas *h* quid tibi *𝔛*: en tibi *O*: „*Si iam tibi legis, nec antiquam servas scripturam, nec ullus est sensus.*" *Domitius.* calve *Vind.* 3.

XXVIII. * 1. vincat *μ* 2. Fit *T* te et tua *s* tela *pr.h*

XXIX. * Causia *palatinus alter et vetus codex Beroaldi*: Causea *TX Vind.3.bλ*: Gausea *ABCG*: Sausea *h*: Gausape *zφ*: Gausapa *μκα*: Carbasa *O.* 1. tecum *T𝔓 et corr.a*: tectum *bsw*: tectus *reliqui.* spectato *Schmiederus.* 2. Mandatus *T𝔓*: Nam ventus *reliqui*: Mantatus *Salmasius in Scrr. Hist. Aug. p.* 343: Nam Dacus *Scriverius*: Namque Notus *Raderus*: Montanus, Manedatus, Me cucus, Nam Dasius *Heinsius.*

XXX. * Venabulum *XABCG Vind.3.bλ.* 2. ursi *TM* firma manu *μ*: firmanus *T*

### XXXI. *Culter venatorius.*

Si deiecta gemes longo venabula rostro,
Hic brevis ingentem cominus ibit aprum.

### XXXII. *Parazonium.*

Militiae decus hoc gratique erit omen honoris,
Arma tribunicium cingere digna latus.

### XXXIII. *Pugio.*

Pugio, quem curva signat brevis orbita vena,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

### XXXIV. *Falx.*

Pax me certa ducis placidos curvavit in usus.
Agricolae nunc sum, militis ante fui.

---

**XXXI, 2. Hic levis in grandem XXXII, 1. decus hoc et grati nomen honoris XXXIV. *Falx ex ense.***

---

XXXI. * Culter venatorius *Thμκα*: Culter senatorius *O*: Culter venarius *b*: Culter *zλ*: Cultrum *XABCG Vindob.* 3. 1. delecta *λ𝔓*: disiecta *h*: reiecta *Heinsius.* gemas *T*: geres *μκα* venabulo *X* 2. Hic levis *M* („*veteres membranae*" *Scriverii*) in grandem *Oμκα*: in gentem *G*: ingentem *reliqui. Quo admisso Roius corrigit* intret. quominus *s* ibi *z*

XXXII. * Parazon *XABG*: Paratonium *bzφ*: Paraxonium *h*: Paracon *Vindob.* 3. *et codices Domitii.* 1. decus hoc (*om. B*) gratique (gratis *TM*) erit omen *φ*, (omem *φ*, omnem *T*) *TBMOφλ𝔓 et Arondellianus*: decus grati quaerit omne (nomen *X*) *XA*: decus et grati quaerat omnis *G*: decus gratis erit omen *Vindob.* 3.: decus et grati quaeris nomen *z*: decus et quaerit si nomen *C*: gratae quaerit decus nomen *hp*: decus et quaeris nomen *bsw*: quaerit grati decus omen 𝔄: et gratis omen honoris *Bongarsianus* (?): decus hoc et grati nomen honoris *μκα*: Militiae decus, en, grati gestamen honoris *Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 633. 2. Arma] Zona *Vindob.* 3.

XXXIII. * 1. curva *Thszφ𝔓*: carva *bw*: curis *XABCG*: curvis *Oμκα* signat] cingit 𝔄 brevi sorbit harena *b𝔓*: brevis orbita venis *μκα* curvae — venae *Heinsius Adversariis p.* 364. 2. nunc *b* sola *T* cinxit *P*: tingit *h*

XXXIV. * Falx ex ense *μκα*: Fax *T*: [*Affert Isidorus XX*, 14, 4.] 1. Falx me *XABGhswx et Isidori Gud.* 1.: Fallax me *b*: Fraus me *C* creta *hp*𝔅: certe *b et pr.w* docis *XAG*: doces *B*: domus 𝔄 placidos *om. X*: dociles 𝔄: quondam *C*: proprios *hp*𝔅 curisavit *A*: curisivit *B* 2. ante] empta *z*

XXXV. *Securicula.*

Cum fieret tristis solvendis auctio nummis,
Haec quadringentis milibus empta fuit.

XXXVI. *Ferramenta tonsoria.*

Tondendis haec arma tibi sunt apta capillis:
Unguibus hic longis utilis, illa genis.

XXXVII. *Scrinium.*

Selectos nisi das mihi libellos,
Admittam tineas trucesque blattas.

XXXVIII. *Fasces calamorum.*

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus;
Texantur reliqua tecta palude tibi.

XXXIX. *Lucerna cubicularis.*

Dulcis conscia lectuli lucerna,
Quidquid vis facias licet, tacebo.

XL. *Candela.*

Ancillam tibi sors dedit lucernae,
Totas quae vigil exigit tenebras.

---

XXXVI, 2. haec longis XXXVII, 1. Constrictos nisi das XXXIX. *Lucerna cubicularia.*

---

XXXV. * [*In P post XXXVII.*] Securis *h.* 1. fuerit *B* 2. quadrigentis militibus *T*

XXXVI. * 1. Tundendis *T*: Condendis *p* hoc arma *φ* sint *z* capsa *Heinsius.* 2. hic *TXABO*: hi *G*: haec *reliqui.*

XXXVII. * 1. Selectos *TM*: Constructos *bw𝔛*: Constrictos *reliqui.* 2. Admitto *T teste Heinsio:* Ad mittan *𝔗 teste Boissonadio*: Amittam *bh* tinias *X* blatas *T*: blactas *φ*

XXXVIII. * Fasses calamorum *φ*: Falces (Facis *T*) calamorum *Th:* Calami *O.* 1. chartas *T* abiles *P* calatos *B*: calatios *A* inemphitica *G* 2. Textantur *T* aliqua *pr.G*: caetera 𝔓 texa 𝔅

XXXIX. * Lucerna cubiculares *T*: Lucerna curicularia *G*: Lucerna cubicularia *vulgo:* Lucerna cubicularis *cum reliquis λ.* 1. Ducis *z*

XL. * Cicindela (Cicindeia *X*, Cincindela *h*) *X* (*ABC*?)*G*𝔅, *Florentinus apud Th. Bartholinum de Luce Anim. XII, p.* 208. *et teste Vossio in Catull. p.* 128. *T* (? *de quo silent Heinsius, Beverlandus, Boissonadius*): Lampas Lychini Unius *O*: *om. b*: Candela *cum reliquis Domitii codices ,, et antiqui et recentes.*'' 1. lucerna 𝔛: lucernam *Vossius l. c. et* 𝔅. 2. Totas quae *Oλ*: Totasque *Pb*: Totasque *hφ*: Tutas quae *reliqui.* exit *s* qua — exigat *Heinsius.*

## XLI. *Lucerna polymyxos.*

Illustrem cum tota meis convivia flammis
Totque geram myxas, una lucerna vocor.

## XLII. *Cereus.*

Hic tibi nocturnos praestabit cereus ignes.
Subducta est puero namque lucerna tuo.

## XLIII. *Candelabrum Corinthium.*

Nomina candelae nobis antiqua dederunt.
Non norat parcos uncta lucerna patres.

## XLIV. *Candelabrum ligneum.*

Esse vides lignum; servas nisi lumina, fiat
De candelabro magna lucerna tibi.

## XLV. *Pila paganica.*

Haec quae difficili turget paganica pluma,
Folle minus laxa est et minus arta pila.

---

XLIV, 1. serves nisi lumina, fiet    XLV, 1. difficilis

---

XLI. * Lucerna pilimixos *AG*: Lucerna polymichos (polymicos *z*) *zφ*: Lucerna polimoxos *b*.    1. Inlustra *X*    2. myxas *λ et corr.κ, Vinetus et Heinsius*: mixtos *s*: mistos *pr.w*: michos *zφ*: myxos *vel* mixos *reliqui.*

XLII. * [*Affert Isidorus XX*, 10, 3.]    1. Hoc *A*    praestavit *T*: „*in alio exemplari manuscripto* praestabo *legitur et post* Subducta luce ecce altera lux tibi sum“ *Petrus Daniel. Nempe sic Isidorus, nisi quod* ecce *omittit, in cuius locum Burmannus* en *substituit.*

XLIII. * [*In bswφλ XLIV. XLIII.*] Candelabrum Corintheum *G*, Corynthum *X*, Corneum *O*.    1. candelae aut *T*    2. Non norat parcus *AB*: Non norat partos *G*: Non norant parthos *T*: De candelabro magna lucerna patres *P*, *omisso Ep. XLIV.*

XLIV. * 1. servas *TXBCbhszφ*: serves *AOwμκα*: servo *G*    fiat *T*: fient *XABCGh*: fiet *reliqui.*

XLV. * Pila piganica *T*.    1. difficili *T Vind.3.λ et Gryphianae*: difficilis urguet *vel* urget *XABCGbsp et pr.w*: difficilis turget *reliqui.*    plumba *XABGhs𝔅 et pr.w*    2. lapsa *bsw*: lassa *h* et *om. XA*: at *G*: arta minusque pila *B*: laxa stet minus alta pila est *P*    apta *CObswμκ et margo Gryphii*: alta *zφ*    pilam *b*

## XLVI. *Pila trigonalis.*

Si me nobilibus nosti expulsare sinistris,
Sum tua: tu nescis, rustice: redde pilam.

## XLVII. *Follis.*

Ite procul, iuvenes: mitis mihi convenit aetas;
Folle decet pueros ludere, folle senes.

## XLVIII. *Harpasta.*

Haec rapit Antaei velox in pulvere draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.

## XLIX. *Halteres.*

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros.

## L. *Galericulum.*

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

---

XLVI, 1. Si me scis Polybi levis expulsare sinistris,
2. si nescis,

---

XLVI. * Trigonalis *O.* 1. Si me nobilibus nosti (nostri *T*) *scripsi cum T:* Si me polybilibus scis „*V.V. Codices*" *Scriverii:* Si me nobilibus (nobilius *X*) scis *reliqui:* Si me scis Polybi levis *vel* Polybi Libys *Scriverius:* Si (Qui *Heinsius*) me mobilibus *Scaliger et Heinsius.* fenestris *TOPbhszcp et* „*multi codices mendose*" *Domitii in XII*, 82., *vid. Boissonad. in Aristaenet. p.* 521.: sinistris *cum reliquis* „*antiqui codices*" *Domitii.* 2. tu *T*: si *reliqui.*

XLVII. * 1. Iste *B* mitis] mollis *p* convenis *sw:* et venit *b* 2. lude *G*

XLVIII. * 1. Haec rapit anti tu flox *T:* Haec rapit ante velox *P:* Haec raptavit ei velox *Vind.* 3.: Haec rapitant ei velox *G* volax *B* raucus *Pb*: raurus *var. lect. s* 2. Gradia *B* bano *AB:* bona *G:* mago *p* colle *bs:* collo *P*

XLIX. * Alteres *plerique:* Galericulum *h.* 1. Quod *XABC Vind.*3.*X* fulto, multo, stulte *Heinsius.* alteres *T:* altare *b:* altere *plerique.* lacerto *h*

L. * Galerum *h:* Galericula *Vind.* 3. 1. Ni lutet *B:* Oe lutet *s*: Ne locet *T* in mundum *O* 2. Haec *T* madida *G* tondere felle comus (comas *w*) *bsw*

### LI. *Strigiles.*

Pergamon has misit. Curvo destringere ferro;
Non tam saepe teret lintea fullo tibi.

### LII. *Guttus corneus.*

Gestavit modo fronte me iuvencus.
Verum rhinocerota me putabas.

### LIII. *Rhinoceros.*

Nuper in Ausonia domini spectatus harena
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

### LIV. *Crepitacillum.*

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,
Haec quatiat tenera garrula sistra manu.

### LV. *Flagellum.*

Proficies nihil hoc caedas licet usque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

---

**LI, 1. Pergamus LII, 2. putabis.**

---

LI. * Strigilis *h*: Strigles *T*. 1. Pergamon *T𝔓w*: Pergamus *reliqui.* cervo *T* distringere *COhzφμκα et pr.w*: destringere (destringuere *P*) *cum reliquis* 𝔄𝔓. 2. feret *h*: terit *pr.G*: se peteret *b* linea *Oμκ* fulo *φ*: fulvo *AG*: fulva *XBCbhp*

LII. * Gustus cornus *T*: Scutus corneus *h*: Bustus corneus *b*: Scutum corneum *Ozφ*. 1. Gestabit *Salmasius*: Gestarit *Grotius Syllog. Epistt. II*, *p.* 386. me *om. G* iuventus *B* 2. rhinoceronta me putabas *bhw*𝔄: rinocerotam putabas *ABCG Vind.* 3.: ricinocerotam putabas *X*: rhinoceronta me putabat *T*: rhinocerota me putabis *reliqui.*

LIII. * Rhinoceron *h.* 1. Ausonio *P* dominis *B* spectatur *P* 2. Hic erat ille dies cui *T*: Hic erit ille teres *vel* Hic est ille dei *Heinsius*: Hic erat illius *Roius.* turus *G*

LIV. * Crepitaculum *Obzφμκα*: Crepitacillum *reliqui cum „libro Cuiaciano et libris fidelioribus“ Scriverii.* 1. Si quid *G* ploratur *μ et pr.κ*: ploratura *T* cernula *X* 2. quasiat *ABC*: quasi ad *X*: quasi ā *G* teneram *bhs:* teuerem, *corr.* tenera, *w* garrulas ista *XA:* garrula sinistra *T:* garrulus istra *G:* garrulus ista *B*: garrula siste *p:* garrulus iste *C* manum *Pbhs*

CXCII. * Ovidii metamorfosis in membranis *T:* Ovidius in membranis metamorphosis *μκα*: Ovidius Metamorphoseon (Metamorph *XG*, Metamorphoseos *h*) *XABGhzφ*: Ovidius in membranis *O*: Ovidius *λ*: Ovidii Metamorphoses *Vind.* 3. 1. est *om. XABG*

## CXCIII. *Tibullus.*

Ussit amatorem Nemesis lasciva Tibullum,
In tota iuvit quem nihil esse domo.

## CXCIV. *Lucanus.*

Sunt quidam, qui me dicant non esse poetam:
Sed qui me vendit bibliopola, putat.

## CXCV. *Catullus.*

Tantum magna suo debet Verona Catullo,
Quantum parva suo Mantua Virgilio.

## CXCVI. *Calvi de aquae frigidae usu.*

Haec tibi quae fontes et aquarum nomina dicit,
Ipsa suas melius charta natabit aquas.

---

**CXCIV, 1. dicunt**

---

CXCIII. * 1. ( )Ussit *φ*: Ut sit (fit *T*) *TG*: Iussit *p*: Lusit *sw*: Clusit *Vind.* 3. 2. In totat *s*: In totam *ABGbw*: In tutam *X*: In totum *pzφ*: Intactum 𝔄 iubet *Psw*: vivit *φ* quam *Tsw*𝔄: cum *b* domi *XABGPbpswzφ*𝔄

CXCIV. * 1. dicant *TXABGb*: dicunt *reliqui*. 2. bibliopala *X* probat *p*

CXCV. * 1. Quantum *G* 2. Vergilio *T*

CXCVI. * Calvi de aquae frigidae usu *Bongarsianus* (*M*): Calvideae quae frucide usu *T*: Caldea quae et frigidae usu *X*: Caldae aquae et (*om. b*) frigidae usu (versu *λ*) *ABGbzφλ*: De aquae calidae et frigidae usu *h*: Calda et frigida (rigida *O*) aqua *reliqui*. 1. quae fontes et (*om. Vind.* 3.) aquarum nomina dicit *Bongarsianus* (*M*) *Vind.* 3. *et Scriverius „ex vetere lectione membranarum et Cuiaciani“ et Gronovius Obss. I, 11. p. 75. „ex vestigiis Mss. Codd. Pall. Pircheim. Florent.“*: quae frontes et (fronte sed 𝔓) quarum nomina (nomine *P*) dicit *T*𝔓: quae fiunt aquarum nomina (nomine *B*) dicunt (dicit *zφ*) *XABbwzφ*: quae fuerint aquarum nomina dicunt *Gs*: quae fuit caldarum nomina dicunt *h*: quae fiunt (fuerint *λα*) caldarum nomina dicunt (dicet *O*) *Oμκλα* 2. Ipsa suas — aquas] Visa suis — aquis *z*𝔓 *et Gronovius l. c. ex vestigiis codd. suorum*: Ipsa sua — aquas *b* natabit *XAbswλα*: natavit *zφ*: natabat *B*; notabit *GO Vind.*3.*pμκ et margo Gryphii*: notavit 𝔓: notabat *TM*: vocabit *h*: Mersa suas melius c. vocabit 𝔅

## CXCVII. *Mulae pumilae.*

His tibi de mulis non est metuenda ruina:
Altius in terra saepe sedere soles.

## CXCVIII. *Catella Gallicana.*

Delicias parvae si vis audire catellae,
Narranti brevis est pagina tota mihi.

## CXCIX. *Asturco.*

Hic brevis ad numeros rapidum qui colligit unguem,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

## CC. *Canis vertragus.*

Non sibi, sed domino venatur vertragus acer,
Illaesum leporem qui tibi dente feret.

## CCI. *Palaestrita.*

Non amo quod vincat, sed quod succumbere novit
Et didicit melius *τὴν ἀνακλινοπάλην.*

---

CXCVII. *Mulae paullae.* 2. paene sedere CXCIX, 1. ad numerum rapidos qui colligit ungues, CC. *Canis vertagus.* 1. vertagus CCI, 1. qui vincit, sed qui succumbere non vult. 2. Et dicit

---

CXCVII. * Muli pumilae *T:* Mulae pomillae (pomiliae *O*) *Oμκα:* Mulae pumiliae *φλ:* Mulae paulae *XABGM Vind.* 3. *et libri Scriverii:* Mule parnule *b:* Mulsae parvulae *h.* 1. demittis *G* 2. interea *μ et pr.κ:* in terris *h* saepe *T Vind.* 3. *et margo Gryphii:* paene *reliqui.* solet *P*

CXCVIII. * Catellae Gallicanae *XABGbzφλ.* 2. tota] prima *XABGhp𝔛*

CXCIX. * Astruco *φ:* Asurco *G:* De Asture equo *h.* 1. ad numeros (numerum *P*) rapidum — unguem *TP:* ad numerum (nostrum *bsw*) rapidos — ungues *reliqui.* 2. ad *T* equos *T:* equis *GPhω:* aquis *O*

CC. * Canis vertragus *dedi:* Canis vertricacus *T:* Canis vetragus *XABG Vind.3.hzφ:* Canis *b:* Canis vertagus *reliqui.* 1. tibi *G Vind.* 3. venatus *P* vertragus *T:* vetragus *XABG Vind.3. hzφ:* vertagus *Oμκλα:* artagus *P:* venerat vertagius (vetagus *s*, vesteragius *b*) *bsw* ager *Pbs* 2. qui te *G:* qui sibi *P* lente *bsw*

CCI. * Palaestita *φ:* Palestriza *X.* 1. quod vincat *T:* quod (quid *P*) vincit *XABGP Vind.3.hp:* qui vincat *bswzφλ:* qui vincit *Oμκα* sed quod *TXGhp:* sed quid *P:* sed qui *reliqui.* novit *TAOPλμκα:* non vult *cum reliquis 𝔛 et Pontani codex Danicus alter.* 2. Et didicit *TPbswzφ:* Et dicit *reliqui.* melius] semper *O*

## CCII. *Simius.*

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

## CCIII. *Puella Gaditana.*

Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.

## CCIV. *Cymbala.*

Aera Celaenaeos lugentia matris amores
Esuriens Gallus vendere saepe solet.

## CCV. *Puer.*

Sit nobis aetate puer, non pumice laevis,
Propter quem placeat nulla puella mihi.

---

CCIII, 2. Mastrupatorem CCIV. *Cymbula.* CCV. *Puer Cinaedus.*

---

tin anaclinopalin *λ: τὴν ἀνακλινόπαλιν α et corr.κ*: tenet elinopalen *T*: tene telino palen *b*: tenetelmo palen *w:* sene telino palem *s*: tenerestino palen *P:* nyn pericline palin *O: τὴν εἰρικλινοπάλην z*: *HINEPIKAEINOLIIANH X, h. e. τὴν ἐπικλινοπάλην*: *HINEPIKAE INΔINAHN A*: ℜVNepiℜ*AEINBIHAHY G*: *om. Bhφμ et pr.κ*: *ἐπιστιβοπαλιν* (*sic*) *Beverlandus:* Non amo quod vincat, bene qui succumbere novit, Edidicit *Heinsius.*

CCII. * 1. Callidius *P* emixas *w:* missas *α:* immissas *Gryphianae:* enixas *Obsμκ* eludere *b*: elidere *μκ:* ludere *P* similis *B* 2. Si mihi] Simili *G* forem *T: om. G* cereopitaecus *T*: certo pedicus *P:* secercopiticus *XG*: circofiticus *h*: Se cercopiticus eram, cauda foret simili *B*

CCIII. * Puella Caditana *T:* Puella cana *b.* 1. Nam *z* tremulus *T* crisat, tam *T:* crisatam *P:* crusat tam *XAB*: crus at tam *G*: crista tam *bsw* prurit] puri *T* ipsam *bw* 2. Masturbatorum *XB* Yppolytum *T*: Ypolitum *G*: Ippolitum *X*: Istippolitum *A*: Stippolitum *B*

CCIV. * Chimbala *T.* 1. Caelenae *T*: Coleno *P*: Celeos *B*: Cylleneos *h:* Celeneo *sw* lucentia *T*: frigentia *XABb*: fringentia *Vind.* 3.: frangentia *G*: figentia *hp*: lucentia *cum reliquis margo h.* matres *P* amoris *T*

CCV. * Puer *TXABGbzφλ*: De puero *h*: Puer cinaedus *reliqui.* 1. Non sit nobis *P* punice *φ* 2. Propter quam, *ut videtur, G* puella *om. T*

### CCVI. *Cestos.*

Collo necte, puer, meros amores,
Ceston de Veneris sinu calentem.

### CCVII. *Idem.*

Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston;
Ussit amatorem balteus iste Iovem.

### CCVIII. *Notarius.*

Currant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

### CCIX. *Concha.*

Laevis ab aequorea cortex Mareotica concha
Fiat: inoffensa currit harundo via.

### CCX. *Morio.*

Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa:
Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

### CCXI. *Caput vervecinum.*

Mollia Phrixei secuisti colla mariti.
Hoc meruit tunicam qui tibi, saeve, dedit?

---

CCIX, 2. curret  CCXI. *Caput arietinum.*  2. saepe dedit.

---

CCVI. * Cestus *z*: Cestos puer *h*: Sectos *Xb*.  2. de] do *B*  calentes *bhsw*

CCVII. * 1. Sumere *B*: Sum *O*  Cythereaco *XP*: Cytherea *B*  meditatum *b*  nestare *B*  2. Uxit *z*: Ut sit *TA*

CCVIII. * Notarus *T*: Notarios *XABG*: Notarii *hzφ*.  1. Curant *B*  ullis *XB*  2. dextera pergi copus *B*: dextera pergit opus *A*: dexterra perdit opus *G*

CCIX. * 1. ad *T*: *om.* *w*  apecorea *b*  Maretica *P*  conca *T aliique*.  2. Fiet *Pφ*: Fit *XAB*: Fit licet; offensa 𝔛: Errat in offessa *bsw*  currit *T*𝔛: currat *XABGbhw*: curret *reliqui*. harudo *T*: harundo *X aliique*. Si fit, in offensas—vias *Heinsius*.

CCX. * 1. stupor (*om.* est) *T*: stupro est *bhswzφ*: stupro (*om.* est) *P*  dolasa *A*

CCXI. * Caput vervecinum (verbicinum *Xb*) *XABbhzφ*: Capud vervicinum *G*: Capitu herbecinum *T*: Caput acruginum *Vind.* 3.: Caput arietinum *reliqui*.  1. Frixei *T*: Fricei *b*: Chryxei *A*: Cryxei *B*  secuistis *Azφ*  copia mariti (marti *X*) *XAB*  2. Hoc metuit tumidam *P*  saepe sibi *w*  saeve *T*: saepe *reliqui*.

## CCXII. *Pumilus.*

Si solum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes.

## CCXIII. *Parma.*

Haec, quae saepe solet vinci, quae vincere raro,
Parma tibi, scutum pumilionis erit.

## CCXIV. *Pueri comoedi.*

Non erit in turba quisquam *Μισούμενος* ista:
Sed poterit quivis esse *Δὶς ἐξαπατῶν*.

## CCXV. *Fibula.*

Dic mihi simpliciter, comoedis et citharoedis
Fibula, quid praestas? „Carius ut futuant."

## CCXVI. *Accipiter.*

Praedo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit et captas non sibi maeret aves.

---

CCXII. *Pumilio.* CCXIV, 2. *δισεξάποθος.* CCXV, 2. quid praestat?

---

CCXII. * Pumilus *scripsi:* Pumillus *T*: Pumilius *XABGh : om. b*: Pumilio *reliqui.* 1. spectas *G Vind.* 3. credes *μκα:* credis *P* 2. statem v. astynacta *T* putas *BM*

CCXIII. * 1. Hae *O* sape *T* soles *G* vincti *BG* caro *P* 2. Parma dat ibi *AG:* Parma da tibi me *B:* Prima tibi *s* pumillonis *T*: pomiljionis *O* erit *TOA𝔄 et „ms. unus et alter" Gruteri:* habes *bsw𝔓:* habet *vindob.* 1.*:* erat *reliqui.*

CCXIV. * Comici puerilis comedi p̄eri *T.* 1. erat *Pzφ* misumenos *Oφλ:* missumenos *TPbsw*: misuminos *X:* misuminus *B:* missiminos *h*: nisi minius *G* istam *X* 2. esse *om. P* *δὶς ἐξαπατῶν Gronovius et Spanhemius, vid. Meinek. Menandr. p.* 47 *sq.:* esse dies et apaton *T:* essetis *ΕΖΑΠΑΥΩΝ X:* *δισεξάποτον z*: dis e*ΖΑΝΑΥΩΝ A:* dis e*ΖΗΑΥΟΝ G*: disexapoton *Psw:* dis exapothos *Oλ:* *δισεξάποθος α:* dis (*om. rell.*) *B Vind.* 3.*: om. bhφμκ*

CCXV. * 1. comoedus *T* 2. Fibula quid praestas *OPbhφμα et pr.κ:* Fibula qui praestat *T*: Si quid (qui *AG*) praestas *XAG*: Quid praestas *B*: Si quid praestiterint 𝔄: Fibula quid praestet *reliqui.* futuant] sinuant *G*

CCXVI. * Auceps *XABG Vind.3.bh.* [*In T XV. XVIII. XVI., in X aliisque XVI. XVIII. XVII.*] 1. Praeda *XABGhp* 2. Decepit *T*

## CCXVII. *Opsonator.*

Dic quotus et quanti cupias cenare, nec unum
Addideris verbum: cena parata tibi est.

## CCXVIII. *Calami aucupatorii.*

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales,
Callida dum tacita crescit harundo manu.

## CCXIX. *Cor bubulum.*

Pauper causidicus nullos referentia nummos
Carmina cum scribas, accipe cor, quod habes.

## CCXX. *Cocus.*

Non satis est ars sola coco: servire palatum
Nolo: cocus domini debet habere gulam.

## CCXXI. *Craticula cum verubus.*

Rara tibi curva craticula sudet ofella;
Spumeus in longa cuspide fumet aper.

---

CCXVII. *Obsonator.* CCXX, 1. 2. servire palato Atque cocus domini CCXXI. *Craticula cum veru.* 1. Parva

---

CCXVII. * 1. et quanti (quantos *T*) *h*𝔛𝔓, *Bongarsianus* (*M*) *et corr.x:* Dio quotues quanti *X*: es quanti *reliqui.* 2. est *om. zφ*

CCXVIII. * Kalami aucupatori *X*: Calami aucupatori *G*: Calami aucupum *h*: Auceps *T.* 1. talamis *B* 2. Callida *T Vind.* 3. 𝔓 (?? *P hoc Epigr. omittit.*) *et margo Gryphii:* Pallida *reliqui.* harundo manus *G*

CCXIX. * Cor bubulum *XABGλ*, *palatinus alter*, *veteres libri Turnebi Adverss. IX*, 24. *et Gulielmii:* Corbiculum *Vind.* 3.: Corbulum *T et pr.h:* Corcolum *z:* Corculum *reliqui.* 1. causidicos *P* 2. abest *Lipsius et teste Scriverio „scripti.“ Nempe Lipsii coniectura in margine notata a Bongarsio Scriverium fefellit.*

CCXX. * Coquus *bhzφ alii.* [*Apponit D.*] 1. coquo *bhwzφ*: quo *D* servare *Vind.* 3. palatum *T* (paratum *teste Heinsio*) *XABG Vind.*3.𝔓 *et pr.D:* parato 𝔛: palato *reliqui.* 2. Nolo *TX*𝔓 *et corr.A*: Nolo *om. G et pr.A*: Atque *B*𝔛 *et codex Pulmanni*: Nam cocus et domini *hp*: Namque *reliqui.* debet habere domini *P*

CCXXI. * Craticula cum verubus *dedi*: Graticula cum veribus *Tb*: Craticula *XAB Vind.*3.*hzφλ*: Craticula cum (absque „*veteres libri*“ *Turnebi*) veru *reliqui.* 1. Rara *TOb*𝔓: ( )ara *φ*: Para *As*: Parta *G*: Parva *reliqui.* curva] curta *Heinsius in Ovid. Fastt. II*, 645. graticula *T* subdet *Pbzφ*: sonat *h* offella *TP* 2. in] ut *P* fumat *XABGhp*

## CCXXII. *Pistor dulciarius.*

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruet: huic uni parca laborat apis.

## CCXXIII. *Adipata.*

Surgite: iam vendit pueris iantacula pistor
Cristataeque sonant undique lucis aves.

---

CCXXII, 2. Exstruit:

---

CCXXII. * Pistor *T*: Pistor dulciarius *reliqui*. 1. Melle *X𝔄* munuscula (manuscula *w*) figunt *Psw* 2. Extruet *TXABG Vind.3.hzφ𝔄*: Extruit *reliqui*. parta *G*: parva *sw* labora thais *B*: laborat ais *A*: laborat anus *XGbswzφ*

CCXXIII. * Adipata *TXABb*, *Bongarsianus* (*M*) *et libri Turnebi et Scriverii*: Adipati *G*: Adipata ientacula *h*: Ientacula *reliqui*. 1. vendidit *A* iantacula *Pbsw*: Ientacula *BG*: lecticula *T*: ientacula *reliqui*. pueri *XABG*

M̄. VALERI MARCIALIS APOPHORETA EXPLICIT FELICITER *T*.

# M. VAL. MARTIALI

# EPIGRAMMATA QUAEDAM

## AFFICTA.

Scriverius: *Octo illa Epigrammata, quae ex ms. Anglicano H. Iunius eruit et editioni suae adiecit, nos fidenter ut spuria et subditicia expunximus, Morboniamque abire iussimus. Tam fatua, tam stulta in elegantissimo opere, ceu pannum in purpura, quis ferat? Irato prorsus Deo Musisque aversis nata. Procul dubio ab insulsis monachis et scribis diliramenta haec profecta sunt. Nunquam medius fidius nasum habeat oportet, qui ista talia non primo statim odore deprehendat. Aliter catuli olent, aliter sues. Sed et praeter illa epigramma etiam aliud, penultimum puta libri quarti, expunximus. Sane germanum illud non est, nec in optimo Palatino aliisque melioribus libris conspicitur, et, quod caput est, Martialem neutiquam sapit, uti recte mecum sentit Ianus Gruterus. Cuius autem auctoris sit, non magnopere laborandum est. In veteri quidem scheda AVIENO V. C. inscribitur. Eius fortasse dici patiar: at inter urbanissimi et lepidissimi poetae iocos censeri, non equidem patiar. Abeat itaque cum Iunianis in malam rem potius, quam ut isto commictili, ut ita dicam, stercore, Martialis meus conspurcetur. Ne tamen aliquis ex fungino genere, ut ait Plautus, ea desideret, adscribam hic ad finem, ut habeant scilicet similes labra lactucas. Appendam insuper alia eiusdem notae Epigrammata, partim ex Manuscriptis, partim ex Glossariis aliisque veteribus libris descripta. Quorum magnam partem nobiscum communicavit Richardus Thomson Anglus. Sed quid moramur? eamus, quia sic lubet, ab equis ad asinos. Ore favete omnes. At tu*

*,, Exsurge praeco, fac populo audientiam.''*

*Aliter sensit Lessingius Opp. T. VIII, p. 485 sq. edit. Lachmann.*

## I.

Rure morans quid agam, respondi pauca, rogatus:
Luce deos oro; famulos, post arva reviso
Partitusque meis iustos indico labores.
Inde lego Phoebumque cio Musamque lacesso.
Hinc oleo corpus fingo mollique palaestra
Stringo libens, gaudens animoque ac fenore liber.
Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, ceno, quiesco,
Dum parvus lychnus modicum consumit olivi.
Haec dat nocturnis elucubrata Camenis.

---

**Diversitas scripturae exemplaris Scriveriani secundis curis emendati MDCXXI.** — I, 1. respondeo 3. Partibus atque meis 5. corpusque frico 6. animo gaudens 8. consumat 9. nocturnis nox lucubrata Camoenis.

---

**Apparatus criticus.** — 1. * Poeta de sese ad librum suum *T*: Quid ruri faciat *z. Habent ex nostris TM𝔄abchlmswzφμκα. In T est primum libri V., in reliquis IV*, 90. *Margo h:* „Non sunt carmina Martialis. dele, si sapis.“ *Recepit post Pithoeum Analectt. p.* 187. *Burmannus Anth. Lat. III*, 59. *T. I*, p. 496 *sq., Wernsdorfius Poett. Minn. T. V*, p. 673. *et* 1306. *et H. Meyerus Anthol. Lat.* 280. *Qui omnes Avieno tribuunt. In codice Leidensi teste Boxhornio Catoni inter alia tribuebatur. Inter septem Vossianos a Burmanno patruo collatos quartus, quintus et septimus non habebant. Cum vet. cod. Vossii* (?? *T*) *et Reginae contulit Heinsius; Burmannus cum Wittiano, in quo quaedam Martialis Epigrammata legebantur.* 1. Rare *T* quod *bw* respondi *T*: respondis (?) *Voss. Vat.*: respondeo *reliqui:* responde *Heinsius.* togatus *μκ* 2. Mane deos oro *Excerpta Heinsiana*: Mane deum exoro *Burmannus.* famulosque arva *Leidensis:* famulos post arvaque viso *Burmannus.* 3. Partitusque meis *TM Vat. Voss. Exec. Heinsiana:* Pastitusque meis *Leidensis*: Partibus atque meis *reliqui.* 4. Deinde lego *Exec. Heinsiana.* Phoebumque acuo *vel* cito *Heinsius.* 5. Tunc *Vat. et Burmannus:* Hic *s* corpus fingo *TMmφ Leidensis et unus Vossianus:* corpusque fingo (tingo *s*) *sw*: corpus frico *reliqui cum tribus Voss. et Wittiano*: corpusque frico *Iunianae.* molique *φ* pallestra *T* 6. Strigio *Wittianus*: Scribo *wφ et Leidensis.* gaudens animoque *dedi:* gaudens animo *T*: animi gaudens *Wittianus:* animo gaudens (gaudensque *Pithoeus*) *reliqui.* a foenore *Leidensis:* et fenere *z et Vossianus.* libens *Vossianus.* 7. Prandeo *TM𝔄 Leidensis:* Pondero *reliqui.* puto *T* lavo laudo *Leidensis.*
8. [8. 9. *om. Pithoeus.*] licinus *s:* lichinus *b* consumit *Tbhlswφ μκα Witt. Voss.*: consumpsit *z:* consumat *reliqui.* 9. Nec dat *cl𝔅 et duo Vossiani:* Haec dum dat *z* nocturnis elucubrata *dedi:* nocturnis elucibrata *T* (*ex T Voss. et Vat. Burmannus*

II.

Ad cenam nuper Varus me forte vocavit;
Ornatus dives, parvula cena fuit.
Auro, non dapibus oneratur mensa; ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego „Non oculos, sed ventrem pascere veni;
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.“

III.

Pontice, per reges discurris et omnia lustras;
Magna quidem sequeris, Pontice: magnus homo es.
Pontice, si qua facis, sine teste facis, sine turba;
Non adhibes multos, Pontice: cautus homo es.
Pontice, te celebrem forma natura creavit:
Dignus eras Helena, Pontice: pulcher homo es.
Pontice, voce tua posses adamanta movere:
Vox tua dulce sonat, Pontice: dulcis homo es.
Pontica, sic alios, sic te quoque decipit error:
Vis dicam verum, Pontice? nullus homo es.

IV.

Tacta places, audita places: si non videare,
Tota places: neutro, si videare, places.

V.

Milo domi non est: peregre Milone profecto

---

III, 5. 6. *omissi.*

---

*affert* elucubrata): nocturnae tum lucubrata *s*, *sed lacuna post* nocturnae *posita*: nocturnae nox (*om bh*, *in h lacuna signata*; *non in b*) lucubrata *bhl*: nocturnis nox lucubrata *reliqui.*

II. *Post IV*, 77. *edidit H. Iunius*, *quem vid. in Animadverss.* p. 306. *ed. Van Arckel. Cum Scriverio* νοϑεύει *Grotius Syllog. Epistt. II*, *p.* 385. 6. aufero *Petitus.*

III. *Apud Iunium VII*, 99. *Post VII*, 44. *haec tria epigrammata extant in Vindob.* 3. „*Sequentia tria e veteri et eleganter picto exemplari Anglicano addidi*, *ne improbe ingeniosus existimer.*“ *Iunius.*

V. *Eodem loco extat. Habet Bononiensis in fine libri septimi.*

Arva vacant: uxor non minus inde parit.
Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam:
Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.

VI.

Ante Iovis statuam crepuit satur histrio: poenam
Iuppiter indixit, vivere de proprio.

VII.

Os atavi, patris nasum, duo lumina patris
Et matris gestus dicis habere tuae.
Cum referas priscos nullamque in corpore partem
Mentiris, frontem, dic mihi, cuius habes?

VIII.

Qui negat esse domi se, tunc cum limina pulsas,
Quid dicat, nescis? „Dormio, Matte, tibi."

IX.

Tura, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas
Vendere, Milo, soles; cum quibus emptor abit.
Coniugis utilior merx est: quae vendita saepe
Vendentem nunquam deserit, aut minuit.

X.

Disce tuas, iuvenis, ut agat facundia causas;
Ut sis defensor, cura salusque, tuus.

---

V, 3. cur uxor fertilis, X. *omissum.*

---

2. parit] vacat *Vind.* 3. cur uxor lactitet *Iunianae:* cur uxor fertilis *Scriverius:* uxor cur fertilis *Vind.* 3. *et Bononiensis.*

VI. *Post XII*, 78. *dedit Iunius. Scriverius in nullo suorum repertum tanquam Martiale indignum et ex praecedenti confictum sustulit.*

VII. VIII. IX. *Apud Iunium XII*, 101. 102. 103.

X. *Edidit ex cod. Parisino* 8069. *saec. XI. Iulius Quiceratus in* „*Bibliothèque de l'école des Chartes,*" *Parisiis* 1840. *II*, *p.* 123. *Inscriptio est*: ITEM MARCIALIS. *Versus* 2—6. *protulerat Lessingius*

Non volo me summis fortuna neque applicet imis,
Sed medium vitae temperet illa gradum.
Invidia excelsos, inopes iniuria vexat:
Quam felix vivit quisquis utraque caret!
Quae natura negat, confert industria paucis:
Vix sunt divitibus quae bona pauper habet.
O vos, est aetas, iuvenes, quibus apta legendo
Discite: eunt anni more fluentis aquae.
Atque dies vacuis, dociles, non perdite rebus:
Nec redit unda fluens, nec redit hora ruens.
Floreat in studiis virtutum prima iuventus
† Perageat ut digno laudis honore.

## XI.

Scaevola, tu cenas apud omnes, nullus apud te:
Alterius siccas pocula, nemo tua.
Aut tu redde vices, aut desine velle vocari:
Dedecus est semper sumere nilque dare.

## XII.

Exigis a nobis, quem nulli solvis, amorem,
Quam nulli praestas, exigis, Aucte, fidem.
Exigis a nobis, quem non merearis, honorem:
Mirum est, quod non das, id tibi velle dari.

---

*Opp. T. VIII*, p. 488. *Lachmann. Unde repetierunt Bipontini et H. Meyerus Anth. Lat.* 200. *Lessingius habuit ex apographo Gudiano codicis a Ioanne Laournaeo olim Salmasio commodati.* 3. Nec *Lessingius.* neque] nec *idem.* 6. utroque *Lessingius.* 14. [Pervigeat posthinc] ut digna l. h. *Quiceratus.*

XI. *In fine libri XII. exhibuit Gruterus cum hac epistola: „Paulus Melissus Francus Iano Grutero IC. S. D. Martialis epigramma, quod subiunxi, vocibus harmonicis olim a Gasparo Othmaro, musico suavissimo, concinnatum, saepe inter sodales puer cecini; nescius tamen, cuiusnam esset auctoris. Accidit autem, ut mihi Lutetiam proficiscenti cum viro CL. Ioanne Lobbetio IC. (fuit id anno Christi MDLXVII.) dono daretur a Wolufgango Ballero, consulis Augustani F. exemplar Epigrammatum Martialis minuta forma Parisiis excusum. In eo legebatur epigramma, de quo loquor; ac quidem, si recte memini, libro X. Ab eo vero tempore in nullo praeterea exemplari invenire potui. Tu, mi Grutere, sub finem editionis novae ponendum curabis, et bene valebis." Apponunt Excerpta Erfurtensia.* 1. Sevolo tu comedis *Erfurtensia.*

XII *sqq. a Scriverio adiecta sunt. Vide p.* 631.

## XIII.

Pallia Philus habet, digitos circumligat auro:
Et tamen est Philus paupere pauperior.
Sunt Tyriae chlamydes, mulae, iumenta, clientes:
Et tamen est Philus paupere pauperior.
Atria sunt Philo regali consita cultu:
Et tamen est Philus paupere pauperior.
Esurit atque sitit: gemmis instructus et ostro,
Cyclade vestitus esurit atque sitit.
Pondus adesse famis pallor maciesque loquuntur:
Aurea bulla negat pondus adesse famis.
Ergo miser se servitio pro pane locabit?
Sed ne sit servus, aurea bulla facit.
Si vero quenquam pulsabit supplice voto,
Ut non exoret, serica vestis obest.
Ergo, ne pereat, fiat de divite pauper:
Pauper enim factus ditior esse potest.

## XIV.

Non sanguis, non oris honor, non gloria census,
Non gravitas morum proderit, Aule, tibi.
Pauper enim tu semper eris, quia pauper es: et te
Colliget ulterior ulteriore gradus.

## XV.

Praedicat Hermagoras, non omnibus esse placendum.
Elige de multis, Regule, cui placeas.

---

XIII, 1. Filus. *Sic ubique.* 2. Sed tamen est 3. mille instrumenta 4. Filo: sed tamen est 6. Sed tamen 7. auro 14. adest.

---

XIII. *Ex codice Florentino* (𝔉) *edidit Bandinius Catal. Codd. Latt. Bibl. Laur. Med. II*, p. 217. *Vide ad Epigr. XXIV.* 1. Philus 𝔉 *ubique.* 2. Et tamen 𝔉: Sed tamen *Scriverius.* 3. mulae, iumenta 𝔉: mille instrumenta *Scriverius.* 4. Et tamen est Philus 𝔉: Filo; sed tamen est *Scriverius.* 5. conscia 𝔉 6. Sed *Scriverius* 7. auro *Scriverius* 13. simplice 𝔉 14. adest *Scriverius.*

## XVI.

Multa mihi donas, vereor ne multa requiras.
Nolo mihi dones, Aulice, si repetas.

## XVII.

Exaltas in lite tuam, Germanice, vocem,
Ut furias mentis vox furiosa sonet.

## XVIII.

Omnis amicus amat, sed non qui amat omnis amicus:
Sed quem, Basse, tu ames, esto et amicus ei.

## XIX.

In noctem prandes, in lucem, Turgide, cenas
Multimodoque mades nocte dieque mero.
Cumque cuti studeas, uxorem ducere non vis:
Cur nolis, dicis „Vita pudica placet.“
Turgide, mentiris; non est haec vita pudica.
Vis dicam, quid sit vita pudica? Modus.

## XX.

Lascivo Ganymede cales: te quilibet intrat:
Hippolytos etiam reddis amore graves.
Plurimus interea tibi limen servat adulter:
Exposita es cuivis: quam populare sapis!
Demophilem cuperem te dicere, te nisi mater
Esse Chloen vellet. Non sapit atque sapit.

---

**XIX, 1. in noctem, Turgide, coenas, 4. Cum nolis, 6. quae sit XXI, 2. tibi. *Margo*: „*fort.* tuae.“**

---

XIX. *Extat in Horto Deliciarum Herrade de Landsberg, abbatissae Hohenburgensis, saec. XII. composito. Inde edidit C. M. Engelhardt de Herrad. Hort. Delic. Stuttg. et Tubing.* 1818, *p.* 158. *et nuper Alexander le Noble in Bibl. de l'école des Chartes I, p.* 260. Quid sit vita pudica *codex Argentoratensis.* 1. in lucem *codex*: in noctem *vulgo.* 4. Cur *codex*: Cum *vulgo.* 6. quid *codex*: quae *vulgo.*

## XXI.

Formosissima, Laï, feminarum,
Dum noctis pretium tibi requiro,
Magnum continuo petis talentum:
Tanti non emo, Laï, poenitere.

## XXII.

Defungi fungis homines, Macrine, negabas:
Boleti leti causa fuere tui.

## XXIII.

Dispensator eris per tempora multa, Trebone,
Unum qui leporem multiplicare sapis.
Unus quippe lepus vix uni sufficit; at tu
Servando veterem mille facis lepores.

## XXIV.

Undique susceptum qui miscuit utile dulci,
Undique laudatum pagina nota refert.

---

XXIII. *omissum. Plura erant, sed quae luce digna non putamus.*

---

XXII. „*Laudatur a Glossographo sub Martialis Coqui nomine funginum hoc distichon.*" Scriverius *Testimon. de Mart. p.* 4.

*Scriverius*: „Obe, iam satis est: quamquam plura erant. Sed talia quae luce digna minime arbitramur. Sufficit haec excerpsisse, bella medius fidius et festiva. Quae tu si legeris, erudite lector, Quintiporis Clodiani forias putabis, dicesque:

O FORTUNA, O FORS FORTUNA.

XXIII. *Addidi ex Bononiensi Amadutii et Vind.* 3. Ad Trebonum.

XXIV. *Addidi ex Bandini Catal. l. c., qui hoc quoque Epigramma ex codice* ℥ *protulit. Is codex libellum Spectaculorum quem vocant numerat XVI. librum Martialis Epigrammaton. Ante eum libri XV. titulus hic est:* M. V. Martialis Ἐπιγραμμάτων liber incipit XV. si sua sunt. *Primum locum occupat hoc ipsum Epigramma. Ultimum est quod supra dedi post Scriverium XIII. Sunt haec Godefridi Wintoniensis, opinor, qui initio saeculi XII. „Epigrammata satirica" scripsit. Initium esse dicitur*: Undique susceptum qui miscuit utile dulci. *Extant ea in codice Bodleiano, vid. I. Baleus de Scriptorr. Britann. Cent. II*, 59. *et Polycarp. Leyser. Hist. Poett. et Poematt. med. aevi p.* 371 *sq.*

Quod sequor a longe cum ludis seria libans,
Imo paret ludos seria notificans.
Proposui linendo quidem garrire aliorum
Mores; carpo alios, me quoque carpo simul.
Rubigo invidiae, species invisa cachinni
Omnis abest; ut me rideo, sic alios.
Rideo mecum alios, ne me derideat alter,
Ne quis nos possit ridere, rideo vos.
Invidus irrisor redivivo carmine gaudet
Et semel irrisum terque quaterque cupit.
Nolo redargutis superesse notabile quicquam;
Causa et quod sequitur depereant pariter.

## XXV.

Iam scio, cur vites scortûm convivia, Galle:
Aëre, non aere plena crumena tua est.
Si caro non peccat, se mens incestat, amice:
Votum luxuriae damna pudoris habet.
Credo, consuluit venter vacuare crumenam:
Eius consilio semper egenus eris.
Hoc modo, Galle, potes securos ducere somnos:
Sic vincas fures. Omnia venter habet.

## XXVI.

Est equus, est servus, est et domus, hordea quaerens,
Vestis egens, scopae nescia, Glauce, tibi.
Squalet iumentum macie torpentque clientis
Artus, deformis sordet in aede situs.
Iam non audit equus calcar, non murmura . . . . .
Intratur causa non nisi rare domus.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Non te paupertas cogit inopsve labor.
Dat tibi vellus ovis, servum tege: campus avenas,
Gustet equus: sordes respue, verte domum.

---

XXV. XXVI. *ex codice Parisino 7999. descripsit Hasius. Extant in eo codice octo Epigrammata similis generis, ex quibus XXV. est alterum, XXVI. quintum.*

## XXVII.

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus
Fit spado postque manu facili praebente farinam
Pascitur in tenebris purgataque viscera myrto
Pinguia complentur: ingeniosa gula est.

---

XXVII. *Haec extant post XIII, 54 et 55. in codicibus absw et Florentino bibliothecae Gaddianae T. III, p. 763. Bandini. Titulus in s:* Pct. de Mo. forti. *Versus 1. est LXIII, 1. Reliqua inepte efficta ex LXII.*

# INDEX EPIGRAMMATON.

[Hunc indicem confecit A. Fleckeisen, Helmstadiensis, Semin. Reg. Philol. Sodalis.]

## A.

## B.

# D.

## E.

## F.

## G.

## H.

## I.

## K.



## L.

## M.

## N.

## O.

## P.

## Q.

## R.

## S.

## U. V.

## Z.

# ANALECTORUM CRITICORUM
# PRAEMONENDA.

Quae iam impressis commentariis criticis non spernenda nactus sum emendando Martiali adminicula haec sunt:

(*dgψ*) *dgψ* sunt tres libri, quorum diversitates Oudendorpius marginibus eius exemplaris ascripsit, quod Prolegg. p. LXXVIII. nr. 14. commemoravi. Ego *d* significavi codicem priorem, Oudendorpii 1., qui tantam habet cum Leidensi nostro *C* similitudinem, ut omnino eundem dicerem, nisi obstarent haec. Nam *C* membranaceus est, *d* partim membranaceus partim chartaceus; *C* desinit XIV, 177., *d* XIV, 212.; in summo consensu — velut VIII, 56, 15. *d* quoque ridicule *Libans Albani roseis* — interdum dissident; denique omnem fidem excedit, Oudendorpium bis eundem improbum laborem conferendi exanclaturum fuisse. Alter *g*, Oudendorpii 2., est idem ille codex, quem ab eodem ad Spectaculorum libellum in editione Schreveliana minus accurate tamen collatum posui Prolegg. p. LXXVI. nr. 7. Ex eo Spectaculorum diversitates supplevi, ex reliquis pauca deprompsi. Etenim libri ad erubescendam turpitudinem delapsi vitiis chartas conspurcare taedebat. Interserit autem post III, 77. duo epigrammata, quae ego amatoribus talium rerum non invidebo:

*Basia das puero, quae sunt mihi dulcia soli,*
*Cum possis labris pungere labra tuis.*
*Carus eris nobis, dum te cognovero fidum,*
*Perfidus et, fueris si mihi, crede modo.*

Postremo *ψ*, Oudendorpii *V.*, est editio vetustissima s. l. et a., gemella Merulanae *μ*, quacum ubique paene

conspirat, raro leviter discrepat. Quae sit ex editionibus priscis in Prolegg. descriptis ignoro.

Horum trium librorum specimina dedi hic illic in locis dubiis quique indolem librorum proderent: integram proposui scripturae discrepantiam XIV, 50--66. Ulterius pergere non sustinui.

*e* sunt Excerpta Erfordana, vid. Prolegg. p. LXVII. nr. 3. Inscribuntur: *Flores Marcialis coci.* (*e*)

*M* sunt scripturae Bongarsianae, vid. Prolegg. p. LXXI sq. (*M*)

*P* est codex Palatinus, cuius variae lectiones librorum 1—4. sero ad me pervenerunt. (*P*)

*Π* sunt Perotti scripturae libri I. ex Cornu Copiae repetitae, vid. Prolegg. p. XXIV. (*Π*)

*Q* est Arondellianus Gronovii, vid. Prolegg. p. LVII. Quod de scripturis egregii libri non ubique constare ibi dolui, nunc aliquantum minutus iste dolor est. Accepi enim a Geelio illud ipsum exemplar Scriverianae, quod Prolegg. p. LXXVIII. nr. 6. consignavi. Ad cuius margines magnus Gronovius notavit lectiones libri Leidensis *z* et Pirckheimeriani sive Arondelliani. In hoc quidem miram instituit rationem talem, ut non ad margines textus scripturae discrepantiam poneret, sed insereret Gruteri Scriveriique Animadversionibus quicquid ex Arondelliano memorabile videretur. Quo factum est, ut plerumque ea demum excerpserit, quae et ex aliis essent codicibus protracta. Multis tamen locis iam constat longe accuratius de huius optimi libri scripturis, cuius consensu nunc permulta ex solo adhuc *P* nota eximie stabiliuntur. Cuius codicis quod *Q* dixi l. c. plane geminum, id planissime nunc corroboratum vidi. Compara modo nunc VII, 7, 5. XI, 49. et alia. Cognatio illorum duorum librorum tanta est, ut paene ubique alteri liceat alterum eiusdem lectionis testem addere. Quae Gronovius enotarat attuli omnia. (*Q*)

*q* est codex bruxellensis 1., vid. Prolegg. p. LXXIX. (*q*)

*r* est codex bruxellensis 2., vid. Prolegg. p. LXXX. (*r*)

(*R*) *R*, codex omnium quotquot extant facile et antiquissimus et optimus, olim Vossianus, nunc inter Is. Vossii codices bibl. Leidensis MS. Lat. Q. 86., est idem ille quem Is. Vossius sibi in bibliotheca Petavii Parisiis visum scribit ad N. Heinsium, vid. Prolegg. p. LXXXVIII. Codex membranacnus, ineunte potius quam exeunte saec. IX. iudice Geelio scriptus, inter multa alia a fol. 99. vers. columna 2. usque ad fol. 108. vers. columnam 2. offert binis columnis *excerpta Martialis epigrammata.* In mediis carminibus Anthologiae, quorum ultimum est Petronii 182. Meyer., III, 224. Burmann., emergit epigramma Martialis IV, 71. AD RUFUM DE PUELLIS. (Lemmata ab eadem sunt manu addita colore rubro, litteris maiusculis.) Quae ex libris IV, 71. usque ad librum XIV. comparent, occupant folia proxima 99 — 105. rect. col. 2. Subscriptio est: EXPLICIT PINTADI, h. e. *Explicit Martialis, sequitur* epigr. 139. Meyer., III, 155. Burmann., quod ibi Senecae, hic *Pentadio* tribuitur. Interiectis quibusdam aliis carminibus Anthologiae fol. 105. rect. col. 2. med. — 105. vers. col. 1. fin. conspicitur in suprema col. 2. fol. 105. rect. titulus hic:

INCIPIT EXCERPTIO DE LIBRIS MARTIALIS EPIGRAMMAT̃.

Initium *excerptionis* faciunt Spectacc. epigrr. 10. 25. (25, b.) 29. 30., — excerpsit igitur ipsa ea quae *T* neglexit, *H* fere habet, liber archetypus Italorum ex parte habebat — tum sequitur nulla primi libri significatione I, 9 sqq. — IV, 62. Post hoc epigramma librarius ad carmen sic inscriptum:

DE TITULO CICERONIS SENIS VERSIBUS,

h. e. versus scholasticorum poetarum apud Meyer. 397 sqq., Burmann. II, 158 sqq. devertit. Martialis epigrammaton praeposterum illum ordinem quomodo explicem non habeo. Nam a bibliopego nihil peccatum est.

Hunc codicem ad emendandum Martialem unus adhibuit Ios. Scaliger, qui ex hoc ipso codice primus publicavit epigrr. 29. 30. Spectaculorum libri, in aliis codi-

cibus tum non reperta. Ibi Scriverius vocat *antiquum codicem excerptorum in membrana.* Quae Scaliger ex hoc descripsit, *schedae Scaligeri* appellari solent: in marginibus Scaliger emendationes suas appinxerat. Eiusdem codicis collatione usus Burmannus est, cum in Anthologia, tum Spectacc. 29. et Supposit. 1. (Perperam suspicabar eo loco, codicem Burmanni Vossianum esse non alium atque *T.*). In Anthologia Burmannus vocat Vossianum, sed schedarum Scaligeri originem et sero intellexit aliquatenus et, qua erat inertia, intellectam vilipendit. Nam Anth. libro III, 82. (Tom. I, p. 531.) demum professus est: „Vetus Vossii codex, quem eundem puto ac codicem illum, ex quo Scaliger in schedis suis vetera descripsit epigrammata." Et Epist. Dedic. T. I, p. XXXII. haec: „Inter chartas Heinsianas inveni varias lectiones in quaedam epigrammata ex antiquo codice, qui olim fuit Scaligeri, quem in bibliotheca Leidensi adhuc superstitem aliquando contuli. Sed praeterea schedas nonnullas ipsius Scaligeri manu exaratas et libro Adversariorum adiunctas Franequerae olim nactus fui, in quibus non pauca epigrammata vetera, additis in marg. emendationibus descripsit Scaliger ex vetere codice, qui *plerumque adeo consentit cum Vossiano, ut fere eundem putem.*" Vel sic tamen ubique iuxta ponuntur codex Vossianus et Scaligeri, interdum alter ab altero abire narratur, saepe alteruter solus advocatur. Nec Meyerus hoc vitavit, qui nimis festinaverit Anthologiam suam. Burmannnus autem praeterea foedissimum crimen in hoc optimo codice commisit prorsus piaculare. Nam non solum multa silet, sed, quod est scelestum, tam incredibili levitate thesaurum illum excussit, ut saepe inter decem locos vix unus sit, quo de libri scriptura fideliter rettulerit. Quod faciam ut apertum reddatur, cum de reliquis poematis hoc codice comprehensis dicam alio loco. Nam ad Anthologiam emendandam gravissimi momenti codex est.

Revertor ad Martialem. Accedit hic codex tertius ad familiae *A* testes *HT*. Vel si Italorum illum librum

in censum vocabimus, unde illi Spectaculorum libellum acceperunt, quartus. Excerpta offert pauciora quam *HT*, modo eadem quae *H*, modo ea quae *T* neglexit. Compendifecit librarius ipse: quod patet ex XIII, 64. lemmate IDEM, licet 63. omittatur. Fluxit autem ex eodem fonte, unde *T*, estque a scriptore pariter morato exaratus. Ubi eadem epigrammata, saepe *RT* in apertis mendis concinunt: verba obscena non minore horrore *R* refugit quam *T*. Veluti *R* VII, 10, 3. *subegit* pro *futuit*, II, 60, 1. *tractas* pro *futuis*, II, 31, 1. *Saepe ego crastinam tetigi sed quam bene quaeris* pro *Saepe ego Chrestinam futui, det quam bene quaeris* scripsit. Interdum *R* haud paullo emendatior est quam *T*, ut, I, 37, 2. *caruit* T, *carius recte* R; IV, 85, 1. *Fraudat* T, *Prodat* R; V, 13, 1. *Summe — Calistratus* T, *Sum — Callistrate R*. Quanquam *R* quoque saepe novis erroribus conspicuus est, vid. V, 34. 45, 1. 84, 1.

Hunc librum eximium si statim ab initio operae meae habuissem, potueram verba poetae interdum paullo correctiora edere. Ipse professus sum, dum codex Thuanei similis epigrammata integra complexus repertus fuisset, eorum epigrammaton, quae in *T* non extarent, vacillare crisin. Id quam vere dixerim nunc intellexi. Tu modo vide, ut paucis defungar, IV, 10, 1., ubi coniectura me fefellit, quam reliquorum librorum nutus ponderans pro certa habueram; II, 79, 1. VII, 46, 6. XIII, 127, 1. et, ubi Merceri coniectura pulchre totidem litteris perscripta in codice est, VIII, 67, 10.

Constat autem nunc illud quoque, simillimo codice in libris XIII. XIV., quorum maior pars est in excerpta recepta, usum esse Bongarsium, (*M*), vid. V, 46, 4. VI, 16, 2. VIII, 14, 4. X, 66, 4. XIII, 65, 2. Eiusdemque indolis fuisse videtur *codex* Scriverii *semilacer excerptorum*, vid. nunc II, 79, 1. Talem codicem habuit et Petrus Daniel, vid. Spectacc. 31. et Anall. ad X, 88, 1., nec dissimilem fuisse coniicias codicem Vaticanum Reginae Sueciae, eum, quem Heinsius ad Supposit. 1. collatum habuit.

Vetustissimum autem archetypum, unde hi libri omnes excerpti sunt saecc. IX. et X., postea patet intercidisse memoriamque optimae recensionis solorum (*H*)*TR* beneficio ad nos permanasse. Ego ex hoc libro non ea solum proposui, quae a meis discreparent, sed ea etiam, ubi consentiret, uncis saepta sic ( ). —

*V. E. Gruteri* et

*viennensis.* Illa est *Vetus Editio* eadem quam Scriverius *principis* nomine collaudat, vid. Anall. ad IX, 101, 4. Ego inveni paucas notationes isto signo praefixo in editione Gruteri, quam Prolegg. p. LXXIX. nr. 26. descripsi. *Viennensis* is est quem Gruterus *undiquaque a petulanti manu interpolatum* se abiecisse narrat, vid. Prolegg. p. XLIV sq. Sed in exemplari illo suo excerpsit. Statim perspexi, hunc non esse diversum a *codice Pulmanni*, quem H. Iunius usurpavit. Eum ego Prolegg. p. XL. *unum omnium impudentissime interpolatum* criminabar. Vide modo VI, 56, 6. et IX, 36, 4. Iniuria igitur oblocutus sum Endlichero p. LXX., qui verissime statuit, hunc librum esse eum quem l. c. nr. 5. posui. (Nam in numeris epigrammaton ab Endlichero in Catal. Codd. Vindobonn. positis facile unus alterve perperam potest esse expressus, quae res me seduxit.) Illud me male habet etiamnunc, quod is quem nr. 6. l. c. posui, olim Seb. Tengnagelii fuisse perhibetur, a quo suum illum viennensem habuisse testatur Gruterus. Sed cum nr. 5. ille olim Pulmanni fuerit, Pulmanni autem codex et viennensis Gruteri non possint diversi esse, fortasse aut uterque et 5. et 6. olim Tengnagelii fuit, aut ille Bibliothecae Caesareae, cuius praefectus fuit, exemplum (nr. 5.) Grutero transmisit. (V. E.)

*Vind.* 1. 2. 3. descripsi Prolegg. p. LXVIII sqq. *Vind.* 1. 2. 3.

*Vincentii Bellovacensis Spec. Doctrin.* usus sum editione principe Mentelini. Excerptorum codicem videtur habuisse: exquisitiora rara. Ceterum is quoque paene semper Martialem appellat *Coquum*, de cuius cognominis origine adde quae dixi Anall. ad XIV, 220.

Eundem *cocum* Panormita inculcabat VIII, 6, 7., sententia prave intellecta.

---

† iis epigrammatis praefigitur, quae *R* subministrat.

( ) eae scripturae circumdantur, quae in textu meo leguntur.

L i t t e r i s  d i d u c t i s ea insignita, quae in textum iam non potuisse recipi aegre fero, reducta vellem.

---

# ANALECTA CRITICA.

## Epigrammaton liber.

I, 5. Aereae nec in vacuo *g:* Aere nec in vacuo *ψ* Mauseolea *ψ* 6. Laudibus innumeris *Parisina* 1617.

II, 2. cella *q* 11. fuerat *g*

III, 3. horpheo *g* 4. e ponto, *corr.* epoto, *marg.* exposito *g* 5. deprensi et *g* 9. tortis *q* 11. est vox tamen una *q* 12. pater] labor *g*

IV, 3. Traducta est Getulis *q*

IV, b. 2. Impensis utinam principis annumeret *Parisina* 1617.

V, 4. donat *q*

VI, 1. sibi *g* servit *bis q*

VI, b. 4. Haec iam feminea vidimus acta manu *q*

VII, 3. Calidonio sic pectora *q* 5. Vivebat *g* 7. Denique supplicium dederat necis ille paternae *q* 11. crimine *q*

VIII, 1. sit laceratus *g*

IX, 2. Quem non *g* 3. terribilis *q* 4. cornu *q*

X. † INCIPIT EXCERPTIO DE LIBRIS MARTIALIS EPIGRAMMAT DE LEONE QUI MAGISTRUM VEXAVERAT. *R*

2. contaminare *gq* 5. tales *g* 6. Cui iuvat *R*

XI, 1. rursus *g* 4. Haec volet *g* 6. Sic *q*

XII, 3. Exiliit *q*

XIII, 1. confusaque vulnera *q*

XIV, 1. feta *g* pignora *q* 3. candente *g* 4. [*Affert e*].

XV, 2. Quantum est carpofori *q* 8. Praemia cum laudis ferret, adhuc poterat *q*

XVI, b. 2. colit *q* 3. confer nunc stemma inventus *q*

XVII, 4. numen sentit et ille tuum *q*

XVIII, 3. rapido *q* 5. musam tale *g*

XIX, 3. cornuto ardore *q*

**XX**, 1. Dum *q*

**XXI**, 5. pecudum *q* 8. Haec tamen ut res est facta, ita ficta alia *q*

**XXII**, 4. Sed tamen is rediit *q* 5. gemino cornu *q*: cornu rapido *g* (*unde corrige notam*). 6. laceat impositas *g*

**XXIII**, 1. Dorica quam certo *q*

**XXIV**, 5. spectes dum laxent *q* 6. punctus *q*

**XXV**. † DE LEANDRO *R*.

**XXV**, b. † *Utrumque conflat R*. 1. Leandrus *Rq* 2. praemeretur *R* 3. adfatus *R* 4. dum redeo *Rq*

**XXVI**, 1. Duxit *pr.g* 2. pinsit *g* 4. rerum *q* 5. Laconus *g*

**XXVII**, 1. tulisset *g*

**XXIX**. † DE PRISCO ET UERO *R et H, quem nescio quo casu neglexi*. 1. priscos *H* (v) versus *R* 3. iuris *R* 4. 9. caessar *H* *Ante versum* 5. *in R spatium extat, quasi novum epigramma incipiat*. 5. positam — palmam *R*: possita — (palma) *H* 8. subcubuere *R*: subcupuere *H* (b) 9. Missit *pr.R* utriusque rudes *R*: (utrisque) *H* (e) utrīque *RH* 10. pratium *H* *Ante vers*. 11. 12. *R* ITEM: *H* IDEM. 11. nisi tibi principe *RH* caessar *H* 12. utrque *H*

**XXX**. † DE DAMMA QUAM CESAR DIMISSIT *R*. 1. dāna molosos *R* 2. varia lintas *R* necterat, *corr*. necterret *R* 3. suplex, *pr*. simplex, *R* 4. Constetit *pr.R* 5. *Nullum lacunae signum in R*. 7. Hanc *R* principae *pr.R* 7. (sacra est haec sacra) *R* 8. dedicere *R*

**XXXI**. [*Affert e*.] 1. Credere maiori virtuti *e* 2. qua minor *e* *Confer de epigr. XXXI. et XXXII. Prolegg. cap. IV. p. CXXIX*.

---

# LIBER I.

*Praef*. p. 22, 1. (secutum) *P Π*: secuturum *q* temporamentum *q* 4. laudant *q* 6. sed magnis. Mihi *M*: sed etiam magnis. Mihi *PΠ* 7. locorum *P* 9. lasciviam *M* 10. (veritatem) *Q* (*margo* licentiam) *Π* 11. scripsit *Pq* 14. latina eloqui *P* 17. (meum *Pq*) 18. elusero *P* *Vers*. 3. Cur vi theatrum *q*

II, 2. longis — viis *M* 3. Nos eme *d*
III. [*om. q.*] 7. dum *Π*: tum *M* (iactas) *Π* 12. tutius *d*
IV, 5. spectes *q* 8. proba (*om.* est) *Vincent. Bellov. V,* 43.
V, 3. nostri *d*
VI, 1. Aetheresas *P* portare *q* honos *d* 3. tua *g* exortat *g* 5. utrisque *PQgψ*
VIII, 2. si sequeris *P* (salvus) *Pq*: talis *Π* 3. decurris *g* 4. Daciane *P* 5. Nolo virum facilem *g*: Non facili vir est *d* 6. Nunc *P* qua sine *Vincent. Bellov. VI,* 68.
IX. † Ad COTTAM *R.* 1. 2. Cocta *P*
X. De Venusto et marino *P.* 1. Petit Gemellus] „*al.* patria gemellus" *margo P:* Petit gemellus vetustus *d:* Petit Venustus *MΠ* 3. fedius nihil est *P*: fedius nichil (*om.* est) *q* 4. appetitur *P* (tussit) *P:* et tussit *g:* tuscis *d*: tusis *viennensis.*
XI, 1. sunt *P* bis bina nomismata *P* 3. portantis *Pq* 4. portares *d*
XII, 1. (ad Herculei gelidas) *P* 3. delectaque *P* iugera] antra *corr.d* 5. auras. *Margo:* „*al.* umbras" *P* 8. isset *Π* 10. Quae parta magnae *P*
XIII, 1. Casta suo in gladium quom *P* 2. (strinxerat) *P, margo:* „*al.* traxerat." 3. fecit *P* 4. Sed tu quod *P*
XIV, 2. hos etiam *P* 3. ardente *g* 4. Et pro *g* 6. Sed tantum esse *M*
XV, 3. tricesimus instant *P* 5. videas quod *P* 6. esse] ipse *g* 7. Expectent cure cathenatique *g* [7 — 10. affert Vincent. Bellovacensis Specul. Doctrin. VII, 106.] 8. (Gaudia non remanent) *PΠ et Vincentius:* Gaudia non remeant *ψ*: Gaudia vera manent *e* 10. (fluent) *M et Vincentius:* fluunt *PΠ* uno *M* 12. vive] sint *e*
XVI. † AD AVITUM *R.* 2. avitae *R*
XVII, 1. agracticare *g:* aditare *d*
XVIII. † AD TUCCAM *R.* 3. facere *pr.R*: fecere boni tantum *viennensis.* 5. facile est] facile *ψ* 6. tampano, *corr.* timpano *R* (toxica vina) *dΠ viennensis:* toxica saeva (scaeva *M,* scaena *R*) mero *PMR* 7. Convivet *R*
XIX. † AD ELIAM *R:* Ad Heliam *P.* 1. celia *R* 2. (Expulit) *PRΠr* 3. Tam *pr.R* 4. Nil tibi quod tollat *d:* Nil ibi quod faciat *r*

**XX. † AD CECILIANUM** *PR.* 1. quis furorem turba *R* 2. buletos *R:* boeletos *r* 3. (tanto tibi ventre gulaque) *RΠ viennensis:* tanto tibi ventri gulaeque *P:* tibi tanto in ventre gulaque *d* 4. Bulaetum *R* Cladius *r* edit edax *R*

**XXI. † AD MUCIUM ET PORSENAM** *R.* 2. (Ingessit) *R et viennensis.* 5. comempto *R* igni *R* 6. specture *R* potiat, *ut videtur, pr.R* [7. 8. *om. R.*]

XXII, 4. Non *g* 5. nam implet *g* 6. doctus *d*

XXIV, 1. Deciane puellis capillis *P:* Deciane diebus *viennensis.* 2. Quoius *P* 3. Varios *viennensis* (Varos *codex Pulmanni.*) 4. fro fronti *P*

XXV, 1. Ede tandem tuos (*pr.*) populo matarane Faustine *P* 3. dampnent *P* 8. Incipient *g*

XXVI, 3. concessarum *d* (nomismata) *P* 4. petis *P*: (bibis) *d* 8. clados *d* 9. (A copone) *Π*: Ac oppone *P* 9. Leletana *ψ*: Libitana *g*

XXVII. Ad Procellum *P.* 2. Qui nunc es *d* post decem paratos *P* 3. Procelle *P* 4. Tu foedam *P:* Tu fandum tibi iam *g* 7. Mei somna monacy m̄ toten procelle *P*

**XXVIII. † AD ACERRAM** *R.* 1. fetere *R*

XXIX, 4. hoc eme *P:* haec eme quod mea sunt *d*

XXX, 1. vispillo *P* 2. (quo) *Π*

XXXI. [*cum XXX. conflat P.*] 1. volvet *P* 2. Et colchus *g:* Encolpos *pr.P* 7. (dominisque (*corr.* dominusque) puerque fruantur) *P* 8. sero vinum virum *P*

**XXXII. † AD SAVIDIUM** *R.* 1. Sabbidi *R:* Savidi *r*

**XXXIII. † GALLIA QUAE PATREM AMISIT** *R* 1. Dimissum *e* consola est (*corr.* cum sola est) Gallia *R* 3. (Non luget quisquis) *RP:* Non liget quisquis *e:* Non dolet hic quisquis *viennensis.* Gallia *R*

XXXIV. 5. testes *P* 6. Summeni *Π*: Si memini *viennensis:* sib incmi (*sic*) *P* (Summoeni 𝔓) formice *pr.P* 7. vel ab lade (Iade 𝔓) *P:* vel ab Laide *Π:* vel ab aucla *viennensis.* 8. (et monumenta) *P* 9. Nunquid *P*

XXXV, 2. (praelegat) *r* scola *P* 3. Cornelie *pr.P* 8. Floralia nescit *viennensis.* 9. meretriculis *g* 15. Gallo nihil turpius est nihil *P*

XXXVI, 2. Laedei *P* 5. si qui prior *P* 6. Frater vive tuo tempore vive miro *r*

XXXVII. † *Nullum lemma R.* 1. et cipis *R* 2. (Basse) *R* (carius) *R*

XXXVIII. † AD FIDENTINUM *R.* 1. Quae citas *R* 2. incitat *r*

XXXIX, 1. numerandos *pr.P* 6. Si nihil arcano *Colinaeanae.* archano *P* 8. Bis peream *g*

